

dicentis: Non video, quod lex non solum Digestorum, sed etiam Codicis, & Authenticorum possit contringere Ecclesias ad talia; remittit ad id, quod dixit in cap. Constitutus, super glossa Hoc idem, de relig. domib. & sequitur hic Anton. de Butri. n. 10. & Abb. n. 18. & 20. dicens hancelle communitatem theoreticam in cap. fin. de solut. & in d. c. Ecclesia S. Mariae, ubi plene dixi à n. 17. post Dec. num. 4. 2. & adde quod dixi supra n. 17. & quod dicam infra n. 53. & 55.

51 Nec veniunt est quod ait Decian. d. conf. 1. 4. n. 20 videlicet textum in l. Placet, c. de sacrosanct. Eccles. per quem datur immunitas Ecclesiis à collectis, & excipiuntur communes necessitates, esse approbatum in cap. Placet, 16. quest. 1. Quandoquidem cum illa lex solum fuerit volumini Decreti inserta à Gratiano, non aliam habet auctoritatem, quam prius haberet, ut notat Joan. Andr. in cap. 2. num. 24. supra de rescriptis, & in Addit. ad Specular. in tit. de appellat. 9. In quibus, vers. Sed pone: nam illa tantum leges censentur canonizata, quæ à Papa Canonibus interantur, ut in cap. In primo, & ibi notat gl. in verb. Capituli, 2. quest. 1. Joann. Andr. in d. cap. 2. num. 25. quem Doctores ibi communiter sequuntur. Præp. in primum Decreti num. 2. post Archid. in cap. quicumque, 1. 1. quest. 1. Rota deci. 3. 5. num. 59. part. 5. recent. Itaque opinio affirmativa nititur maioribus auctoritatibus negativam melioribus rationibus. Et ideo videtur amplectenda opinio favorabilis Ecclesiæ, quæ etiam auctoritatibus non caret, ad textum in l. Sum. persona, ff. de relig. & sumpt. funer. Ita tamen eam moderando, ut Clerici non teneantur ad hujusmodi gabellas, nisi infra scripta concurrerent, videlicet deliberatio Episcopi, & Cleri; evidens utilitas, & necessitas tam laicorum, quam Clericorum, ut laicorum facultates non suppetant; ut exactio non fiat à iudice seculari, & ut obtenta sit licentia à Romano Pontifice. Quæ opinio cum his requisitis probatur irrefragabiliter non cavilando litteram, in hoc cap. & in cap. Adversus, infra eod. ut late deduxi supra in 9. notab. à n. 22. usque ad n. 33. & ita declarant hic Ant. de Butri. n. 8. Abb. n. 5. & Jo. de Anan. n. 3. cum quibus conveniunt omnes supracitati DD. dicentes Ecclesias non teneri.

52 Imò ex his, qui allegantur pro opinione affirmativa, multi dicunt Romanum Pontificem esse consulendum, ut Innoc. hic num. 8. Philip. quem sequi videtur Archid. d. cap. iuxta sanctionem, prope finem, Hugo, & Goffred. relati ab eodem Archid. in cap. Placet, 16. quest. 1. ubi cum textus prohibeat quidquam exigi à Clericis præter canonicam illationem, interpretantur ea verba, canonicam illationem, cum sit contributio pro necessitate, & utilitate, juxta cap. Adversus, infra eod. & sic consulto Romano Pontifice, ut ibi textus ille requirit, Jo. Andr. & Jo. de Anania hic n. 3. Calder. conf. 2. in opin. Strasio Perusino, n. 3. vers. Reperio, de cens. dicens post Jo. Andr. nulla lege Digestorum, vel Codicis potuisse ad hoc astringi Ecclesias; ideoque si tanta esset necessitas, vel pietas, quæ suaderet contributionem fieri per Clerum, consulendum esse prius Romano Pontificem, Joann. Monachus solutus per Alber. in d. l. Ad instructionem, n. 3. Hostien. in Summa in tit. de immunit. Eccles. §. Quibus muner. vers. Ego puto. Itaque ut concludamus, ex supra scriptis constat crebriorem opi-

nionem esse tam apud Canonistas, quam Legistas Ecclesiam teneri; sed esse consulendum Romanum Pontificem: id enim sentiunt etiam multi ex his, qui putant Ecclesiam teneri, qui si conjungantur cum his, qui putant Ecclesiam non teneri, erit proculdubio hæc sententia receptissima, ut inconsulto Romano Pontifice non teneatur Ecclesia.

53 Quinimò si rectè expendantur Authores superior relati, videntur omnes in unam sententiam convenire. Nam Legistæ, & Canonistæ illi, qui asserunt Clericos teneri, etiam generaliter loquuntur, non tamen excludunt requisita ad id necessaria, cum de illis nullam faciant mentionem. Quæ enim dicunt Clericos teneri, contribuent pro communi necessitate, vel utilitate, cum non explicant ad quem spectet hujus necessitatis, vel utilitatis cognitio, hic casus ab aliis prætermittunt, suppleri debet juxta tenorem hujus textus adponentis eam cognitionem ad Episcopum, & Clerum pertinere, consulto tamen Romano Pontifice, juxta d. c. Adversus. Et similiter cum Authores hujus sententiæ non explicant qualis, & quanta debet esse necessitas, vel utilitas supradicta, saniori interpretatione intelligi debent, & restringi ad similes hujus cap. ut scilicet ita demum intelligatur eadem necessitas, vel utilitas concurrere, si laicorum facultates non suppetant. Et ita in specie observat accuratè Abbas, hic num. 18. circa fin. dicens (Profeculo si quis ponderat gl. illius cap. in ver. Ad relevandas, non sentit opinionem quam prima fronte sentire videtur. Nam ista gl. est hic posita super casu excepto, scilicet quando Episcopus, & Clerus insipienter necessitatem, vel utilitatem laicorum, & Clericorum, volunt absque coactione aliqua subditi largiri. Unde glossa ista voluit potius exemplificare de hac necessitate, vel utilitate communi, quam ponere casum exceptum à dispositione illius cap.) Hæc Abb. Itaque Authores contra Ecclesiam constituunt quidem regulam affirmativam, id est Clericos teneri; quæ tamen intelligenda est recipere limitationem similiter affirmativam, id est si concurrant dictorum Canonum requisita; ne alioquin videantur decidere contra expressam illorum determinationem. E contra vero Authores pro Ecclesia constituunt regulam negativam, id est, Clericos non teneri. Sed hanc regulam deinde limitant eisdem negativè, scilicet nisi concurrant requisita per Canones supracitati. Quamobrem si conjungantur regulæ, & limitationes utriusque constitutæ ab utriusque sententiæ auctoribus, liquidò constabit eos in effectu concordare esse. Idem enim est asserere Clericos non teneri si concurrant requisita, atque asserere Clericos non teneri, nisi requisita concurrant. Nam et si dissentiant in regula, consentiunt tamen in limitatione, quæ illorum traditiones uniri, & conciliari ad formam hujus Decretalis, & cap. Adversus, infra eod. & hoc modo intelligendo DD. sup. allegata opinio pro Ecclesia teneri non habet contradicentem, quæ etiam in praxi sæpe vidimus observatam in gravissimis casibus.

54 Secundo QUERO, An Clerici teneantur, & cogi possint ad collectas, quæ sunt propter pestem in locis, ubi pestis grassatur.

55 Videtur respondendum non teneri: nam et si Ripa in tract. de peste, tit. de remed. ad conservandam ubertatem, num. 229. questione ad partes disputata

tata concludat ad collectas, quæ ob pestem imponuntur, teneri etiam habentes exemptionem generalem ab oneribus personalibus, realibus, & mixtis, dummodo tamen non urgeat necessitas, & respectu Clericorum compulso fiat ad ordinarios Ecclesiasticos, eique subscribat Decian. conf. 1. 4. n. 24. lib. 1. tamen decidit articulum in terminis juris civilis tantum, & necur hoc præcipuo fundamento, quod ubi agitur principaliter de utilitate publicata laicorum, quam ecclesiasticorum, Clerici teneantur concurrere, per text. in l. 1. c. ut nem. hic in empr. specier. se excusat. lib. 10. in l. 1. c. c. ut nem. hic in empr. specier. se excusat. lib. 10. in l. 1. c. c.

57 Quibus muner. nem. hic se excusat. lib. 10. in l. 1. c. c. ut nem. hic in empr. specier. se excusat. lib. 10. in l. 1. c. c.

58 Verum secundum dispositionem sacrorum Canonum, quæ sola attendi debet in hac materia immunitatis ecclesiasticæ à collectis, & oneribus laicalibus, non sufficit communis utilitas laicorum, & Clericorum; sed præterea requiritur, ut laicorum facultates non suppetant, ut Episcopus cum Clero super hoc deliberet, Romanus Pontifex consulatur, & exactio fiat per Ordinarium Ecclesiasticum, ut patet in hoc cap. Et in cap. Adversus, infra eod. & late deduxi eum supra in 9. notab. à n. 22. usque ad n. 33. & n. 45. vers. Contraria opinio. Et ad fundamentum de communi utilitate factis responsionem est num. 26. & 49. Itaque Doctores, qui sentiunt solam communem utilitatem sufficere ad hoc, ut Ecclesiastici ab Ordinariis locorum cogi possint ad collectas pro necessitatibus publicis industas hallucinantur, quod pertinet ad juris Canonici dispositionem. Nec obstant jura civilia in contrarium adducta. Quoniam leges illæ, sicut & aliæ Imperiales, quæ itantur in res, & personas Ecclesiasticas, præsertim adimendo, vel limitando immunitatem illis jure Divino, vel Constitutione ecclesiastica attributam, non valent ex defectu jurisdictionis secundum communem theoreticam in cap. Ecclesia S. Mariae, supra de Const. l. & in cap. final. de solut. ut testatur Abbas, hic n. 20. & solus dixi supra n. 50.

60 Similiter non obstat argumentum de bello ad pestem, quo utitur Ripa, quoniam in oppositum retorquetur: nam quemadmodum Clerici non tenentur contribuire tempore belli, aut famis, in quibus terminis loquitur hoc cap. Ita nec tempore pestis ex ipsa vi æquiparationis, quam facit Ripa ubi supra n. 230. & in prelat. n. 9. post Bart. in l. Naturaliter, ff. de usufruct. & in l. 1. ff. de bonor. possess. ex testam. milit.

61 Præterea considerandum est, si ullo unquam tempore Clerici potiri debent privilegio immunitatis à collectis, id potissimum esse cum pestis grassatur, quia ipsi sunt qui tunc ferunt pondus diei, & ætus, & exponunt se evidenti mortis periculo curam animarum exercendo; Sacramenta infestis labæ administrando, cadavera sepeliendo, & his similia peragendo; ita, ut si gauderent exemptione tempore belli, multo magis gaudere debent tempore epidemiarum, quia dum bellum ingruit laici pugnant, Ecclesiastici quiescunt. At dum grassatur pestis, Ecclesiastici sunt qui pugnant laicis quiescentibus. Pestis enim est bellum Dei, ut notant Bart. & scribes in l. Naturaliter, ff. de usufruct. Borr. Abb. & Felin. in cap. Ex transmissa, de prescriptis, & Ripa in tract. de peste in prelat. n. 8. Ex Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal.

empla sunt recentia in civitatibus Mediolani, Parmae, & aliis non ita pridem pestilentia infectis, ubi Parochi Regulares, & Sacerdotes ferè omnes obierunt. Itaque concurrunt Ecclesiastici cum suis oneribus tempore pestis, nempe jejunium, orationibus, Divinis Officiis, & Sacramentorum administrationibus, & his præterea ipsi primò civitatem cultodiunt. Et hæc ob causam immunitatis privilegio donati sunt, cap. Quamquam, de cens. lib. 6. & dictum est supra n. 49. & sic cessat hoc casu antiqua quærela laicorum, quod Ecclesiæ de die in diem ditantur, & laici ab oneribus franguntur, cum Ecclesiæ non subeant onera personalia, nec mixta, nec aliqua extraordinaria, l. Placet, c. de sacrosanct. Eccles. & Auth. Item nulla, c. de Episc. & Cler. pro ut exorditur Bald. conf. 2. 45. lib. 3. relatus à Ripa in d. tit. de remed. ad confer. abert. n. 234.

His etiam accedit, quod in casu questionis propositæ nihil potest generaliter decerni; quia cum una ex conditionibus requisitis ad contributionem Ecclesiasticorum sit, ut laicorum facultates non suppetant, ut ostensum est supra n. 30. certum est non unam omnium civitatum. & populum esse fortunam, cum alii divites afluant, alii premanur egestate.

Quamobrem respondendum videtur Ecclesiasticos non esse cogendos ad hujusmodi contributionem cum non teneantur nisi volentes. Quod si prævio tractatu, & deliberatione Episcopi, & Cleri, assensum præstiterint: tunc Rom. Pontifici esse consulendum, & ita resolutum ex omnium sententia in Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Ginnetto, cui interfuerunt RR. PP. DD. Episcopus Ripanus, Datus Maraldus, Fagnanus, Paulutus, Theologus, & Confessarius Sancti. 20. Septemb. 1630.

## De immunitate Ecclesiarum.

## Cap. Inter alia.

## S V M M A R I U M.

- Malefactor fugiens ad Ecclesiam, immunitate gaudet, nisi in duobus casibus: scilicet si verò veretur dominus de ipsius impunitate jurans, & n. 10.
- Leges civiles statuentes super immunitate Ecclesiarum, quandoque allegantur à Papa in dubiis decidendis.
- Et per hoc censentur canonizata, & non dicuntur amplius leges civiles, sed Canonice, n. 6.
- Leges Imperatorum, ac Principum statuentes nominatim de Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, ac bonis eorum, sunt invalidæ ex defectu potestatis, & num. 64.
- Eriam si redissent in favorem, & commodum Ecclesiarum, & disponant in materia, in qua contrarium non reperitur statutum de jure Canonico.
- Ecclesia non potest etiam sponte se submittere superioritati, ac legibus Imperatoris.
- Leges Imperatorum dummodo non offendant, sunt cum Canonibus permiscenda.

- 8 Immunitate Ecclesiastica reus ad Ecclesiam confugiens, non est privandus propter quancumque criminis atrocitatem.
- 9 Immunitatis privilegium, quod consequitur liber homo ad Ecclesiam confugiens, in quibus consistat, & n. segg. usq. ad n. 20.
- 10 Reus si indebite extrahatur ab Ecclesia, potest petere se eidem restitui.
- 11 Confugiens ad Ecclesiam damnari non potest ad mortem, vel aliam penam corporis afflictivam, & n. 17.
- 12 Indices seculares in perniciem animarum suarum profertur sententias Capitales, vel corporis afflictivas in confugiens ad Ecclesias, vel ibi residentes, & n. segg.
- 13 Confugiens ad Ecclesiam non potest criminaliter accusari.  
Nec in carcerem conjici, n. 19.
- 14 Potest tamen detruhi in monasterium ad agendam penitentiam, & n. 66.
- 15 Quod de clava, & n. 96.
- 16 Item potest puniri pena pecuniaria, & n. seg. Item pena exilii, n. 18.
- 17 Compensari est pro damno dato, vel offensa, vel iniuria pecuniariter satisfacere.
- 20 Principes, & Praelati qualiter delinquant circa immunitatem Ecclesiasticam.
- 21 Latio publicus immunitate Ecclesia non gaudet, & n. 49.
- 22 Et dicitur publicus latro, qui palam, & publice furatur.
- 23 Et eidem est quod grassator viarum.
- 24 Et tales occidere licet sine pena, & etiam sine peccato.
- 25 Non tamen sine irregularitate, nisi pro necessaria vita defensione.
- 26 Item in tales omni die jus redditur.
- 27 Depopulator nocturnus agrorum non gaudet immunitate Ecclesiastica.
- 28 Et quis dicitur depopulator.
- 29 Immunitate Ecclesia non gaudet committens in ipsa Ecclesia homicidium, vel multationem membrum, & n. 47.
- 30 Item nec assessor, qui tamen extrahi non potest nisi per iudicem Ecclesiasticum, & n. 99.
- 31 Item nec homicida proditorius, & n. 49. & 54.
- 32 Item nec hereticus.
- 33 Item nec reus laesa Majestati in personam ipsiusmet Principis.
- 34 Exceptio non firmat regulam in casibus exceptis, quando alii casus excipiuntur a iure, & n. 38.
- 35 Etiam si exceptio fit cum dictione taxativa.
- 36 Immunitate Ecclesiastica de iure civili non gaudent homicida, adulteri, & raptores virginum.
- 37 Secus de iure Canonico, cuiusmodi est, & n. seg.
- 38 Lex civilis non potuit restringere immunitatem Ecclesiae Dei ordinatione, & Canonico sanctionibus constitutam, & n. 64.
- 39 Immunitate Ecclesiastica gaudent fures.
- 40 Sacrilegi.
- 41 Blasphemi.
- 42 Excommunicati.
- 43 Banniti.
- 44 Transfuges per Ecclesiam dum ad supplicium ducuntur, & n. 87. & 91.
- 45 Homicida animo deliberato, seu ex proposito an gaudeant immunitate Ecclesiastica.
- 46 Italia omnium provinciarum domina.

- 48 Intellectus cap. 1. de homicidio.
- 49 Homicidium per insidias expantur, id est, proditorie, & sub specie amicitiae.
- 50 Homicida proditorius est qui veneno aliquem necat.
- 51 Immunitate Ecclesiastica gaudent rei in omnibus casibus non exceptis in Bulla Gregorii XIV. etiam si in illis sit eadem, vel major ratio, quam in exceptis, & n. 55.
- 52 Et quid in terminis iuris communis.
- 53 Exceptio non excludit casus similes exceptis.
- 54 Immunitate Ecclesia non gaudet homicida insidiasus, etiam si non sit publicus latro.
- 56 Immunitate Ecclesiastica an gaudeat delinquens in ipsa Ecclesia.
- 57 Et quid in confugiens ad Ecclesiam pro debito civili, & n. seg. & 81.
- 58 Mercatores, & campores, qui in fraudem decouendo creditores fallunt, in Hispania publici latrones appellantur.
- 59 Iudei, vel pagani an gaudeant immunitate Ecclesia, & n. seg. usq. ad n. 65.
- 60 Iudaeorum sepulchra gaudent immunitate.
- 61 Immunitatis privilegium non conceditur intuitu personarum, sed propter honorem, & reverentiam, quae loci sacri, & divinitus debetur, & n. 84.
- 62 Iudei sub defensione, & protectione Romana Ecclesia recepti sunt.
- 63 Gentiles in lege veteri significatur nomine advenarum, & peregrinorum quando ponuntur ad differentiam filiorum Israel.
- 65 Confugiens ad Ecclesiam an in casibus non exceptis possit extrahi per iudicem Ecclesiasticum, & n. segg.
- 67 Ecclesia non presumitur quem privilegiasse contra se.
- 68 Verba univerialia negativa includunt etiam Ecclesiasticos.
- 69 Impugnare non debet is, qui defendere debet, & n. 83.
- 70 Clerici, & Religiosi an gaudeant immunitate Ecclesiae, ita, ut non possint per iudicem proprium inde violenter extrahi, late discutitur, ut n. segg. usq. ad n. 99.
- 71 Partem negativam qui Authores tenuerunt.
- 72 Eius fundamenta, & n. segg. usq. ad n. 80.
- 73 Partis affirmativa Authores, n. 78.
- 74 Eius fundamenta, n. 80. & segg.
- 75 Responsio ad obiecta, n. 84. & segg.
- 76 Religiosi secundum eorum instituta, & iura communita possunt per Superiorem in monasterio coerceri, verberari, & in carcerem detruhi, & n. 77.
- 77 Nec per hoc violatur Ecclesiae immunitas, n. 93.
- 78 Episcopus iudicat in Ecclesiis, vel in Palatio suo, & quandoq. damnat Clericum ad perpetuum carcerem, quandoque ad verbera.
- 79 Clerici pro honestate Ecclesiae debent in ea verberari per clericam, & non per laicum, & n. 95.
- 80 Clerici debent esse sancti, & in suis actibus relaxare.
- 81 Consuetudo servans immunitati Ecclesiae tanquam praestanda.
- 82 In domo propria nullus debet capi.
- 83 Privilegia locis concessa extenduntur ad omnes personas ibi existentes, sive forenses, sive extraneas.
- 84 Episcopus tenetur omnes confugiens ad Ecclesiam, & praecipue Clericos defendere.
- 85 Immunitas conceditur non solum confugiens ad Ecclesiam, sed etiam in ea residentibus, nec extrahitur

- ditur qua intentione ad eam se contulerint, & n. 86.
- 87 Immunitatis privilegio non potest reus renunciare, permittendo se capi in Ecclesia.
- 88 Privilegio Ecclesiae nempe potest renunciare.
- 89 Privilegium in favorem duorum concessi alter altero invito renunciare non potest.
- 90 Immunitas Ecclesiae non violatur si confugiens ad eam se offerat iustitia, & sponte exeat.
- 93 Religiosi quando ab uno monasterio in alium arctius detrahuntur, Ecclesiae immunitati non violatur.
- 94 Consuetudo praedicta immunitati Ecclesiae, est nulla, & impraescriptibilis etiam per tempus immemorabile.
- 96 Clericus ad Ecclesiam confugiens in illis casibus, in quibus non gaudet immunitate, an possit extrahi per iudicem secularem, an vero sit extrahendus per iudicem Ecclesiasticum tantum, & n. segg.
- Et quid ex Bulla Gregorii XIV. n. 100.
- 97 Ecclesia non est de territorio Principis secularis.
- 98 Nec habet territorium nisi in his, quae pertinent ad forum Ecclesiasticum.
- 99 Iudex laicus non potest in Ecclesia ullam jurisdictionem exercere.
- 100 Immunitas Ecclesiastica violatur etiam per violentam extractionem rerum ab Ecclesia, & locus immunitatis.
- 101 Et extrahentes sunt sacrilegi, & excommunicandi.
- 102 Non tamen incident in excommunicationem Bullae Gregorii XIV.
- 103 Sed si abstractio fiat auditorative, incident in excommunicationem Bullae Conne Domini.
- 104 Formula litterarum S. Congregationis immunitatis pro extrahendis rebus in Ecclesiam delatis ad evitandam executionem mandati.

praeclara regula, in prima limitat. & Dec. n. 91. Ecclesiam redunt in favorem, & commodum Ecclesiarum, & disponant in materia, in qua contrarium non reperitur statutum de iure Canonico, ut plene scripsi in cap. Qua in Ecclesiis, in 5. & 7. ampliat. n. 26. & 30. de Constit. Et augetur difficultas, quia Ecclesia non potest etiam sponte se submittere superioritati, ac legibus Imperatoris, ut notat Joann. Andr. in dicto cap. Ecclesia sancta Mariae, num. 5. vers. Ille vero, qui est super omne forum; & probavi in cap. Significasti, a num. 71. de elect. Quomodo ergo Papa hic utitur lege civili disponente in materia Ecclesiastica, Pro solutione advertit, quia lex civilis inserta Canonis, & sic canonizata non dicitur amplius lex civilis, sed mutat nomen, & dicitur Canon, ut notat glof. in cap. in primis, in verb. Capituli, 2. q. 1. quam sequitur alius relatis Felin. in cap. 1. in 1. notab. supra de presump. quia omnia nostra facimus, & c. l. 1. §. Sed neg. C. de veter. iur. enuclean. cap. Si Apostolica, de Praben. lib. 6. cum concord. Alias vero leges Imperatorum, dummodo non offendant, sunt cum Canonibus permittendae, ut hic patet, & in cap. 1. in 1. notab. de nov. oper. nunciat. & in cap. 1. & per tot. 10. distincti. secundum Holtien. hic in princip. an per. Canonum, Joann. Andr. n. 2. & Abbas in primo notab.

Secundo nota ibi, Quamcumque gravis maleficia perpetraverit. Reum confugiens ad Ecclesiam non esse privandum immunitate Ecclesiastica propter quancumque criminis atrocitatem, ut in text. & notant Butr. num. 4. Anchar. n. 2. & Abb. in 1. notab. & hic junge quae dicam infra in 6. notab.

Tertio nota ibi, Non est ab Ecclesia violenter abstrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad penam. Immunitatis privilegium, quod consequitur liber homo ad Ecclesiam confugiens, consistere potissimum in duobus secundum Abbatem hic num. 3. & 9. vers. Si vero nullo modo. Primum est, ut inde violenter extrahi non possit, ut hic, & in cap. Reum, 17. q. 4. Unde si de facto, & per vim indebite extrahatur fuerit, de iure potest petere, ut restituarur pristinae libertati, cum ea fuerit de facto privatus, ut notat Barr. in l. Praesenti, n. 5. C. de his, qui ad Ecclesiam confug. & ante eum Oldrad. cons. 154. Quidam deliquit, num. 4. in fin. dicens abstractum restituendum esse Ecclesiae; sicut in aliis restitutoris iudiciis, ut cap. Sape, supra de restitutor. sponat. & sequitur Abb. hic nu. 26. qui ad hoc allegat textum apertum in cap. Minor, 17. q. 4. Ubi evidenter colligitur Ecclesiam debere per excommunicationem compellere extrahentem ad restitutionem: & concordat Vitalian. in Clem. 1. n. 8. §. de penit. & remiss. Alterum, in quo consistit privilegium immunitatis, est ut fugiens ad Ecclesiam per iudicem damnari non possit ad mortem, vel aliam penam, scilicet corporalem, seu cum sanguinis effusione, ut infra innotuit ibi. Membra & vitam concordat d. cap. Reum, & cap. Idem constitimus, 17. q. 4. ibi. De morte, & debilitate, & omni penarum genere sunt securi, & cap. De raptoribus, 36. q. 1. ibi. Mortis, vel penarum impunitate concessa: ubi glof. i. exponit ver. Penarum, scilicet corporalium, a quibus liberatur auctoritate Canonum: & hic notat Innoc. qui in ver. Ad penam, addit corporalem, & exponit, id est, sanguinis effusionem, & consentiunt Holtien. n. 1. in li 3. d. ver.

**I** NTER ALIA. Malefactor fugiens ad Ecclesiam immunitate gaudet, nisi in duobus casibus: servus vero restituitur domino de ipsius impunitate jurata. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Cardin. Anchar. & Jo. de Anan. Sed latius, & notabilius secundum Abbatem summatur sic. Reus criminis ad Ecclesiam fugiens non est violenter ab ea extrahendus, nec debet amplius prae-textu criminis committi damnari ad mortem, vel ad aliam penam corporalem; est tamen aliter legitime puniendus. Fallit in duobus casibus hic expressis. Hoc dicit primus; Servus fugiens ad Ecclesiam timore domini sui, est domino de ejus impunitate juranti restituendus; hoc dicit secundus, & sic duo sunt dicta: secundum ibi, Si vero.

Nota primò ibi, Extraditiones legum civilium, Papam in dubiis decidendis hic allegat legem civilem statuentem super immunitate Ecclesiae, ad idem cap. Idem constitimus, 17. q. 4. cap. Ex antiquis, 54. dist. cap. 1. de iuram. calum. cum plurimis concordantibus congestis a Felino in cap. Ecclesia S. Mariae, num. 38. supra de Constitut. Quod videtur mirabile, quia leges Imperatorum, ac Principum statuentes nominatim de Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, ac bonis earum ponunt falcem in mellem alienam, & sunt invalidae ex defectu potestatis secundum communes theoreticas in d. cap. Ecclesia, ubi in specie Abbas in Lectura n. 10. vers. 14. primum dico, Felin. num. 4. vers. Recipit autem Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal.

d. ver. Ad panem, & Joann. Andr. num. 3, in eodem verb.

- 12 Quod est contra iudices, qui in reos ad Ecclesiam contingentes, & ibi commorantes profertur sententias capitales, vel corporis afflictivas: hoc enim est contra textum hic. & in d. cap. Reum; nam verba illa, Nec inde damnari debet ad mortem, vel ad penam, non possunt intelligi de executione ipsius sententiae, quia indubitatum est in ipsa Ecclesia humanum sanguinem effundi non posse, cap. Reos, 23. quae 5. cap. Cum Ecclesia Dei, supra eodem & cap. 2. eodem tit. lib. 6. Facit cap. In Archiepiscopatu, de raptor. & cap. Sententiam, Ne Cleric, vel Monach. Sed sunt intelligenda de ipsa sententiae prolatione, seu condemnatione, ut inquit verbo. Damnamur. Et ita reum super eo, quod committit, omnino non posse de cetero criminaliter acculari, quia alias modica esset immunitas, post Goffred. tenent hic Hostien. num. 1. Joan. Andr. num. 8. vers. Accusari vero, Anchar. in 2. notab. & plerique alii, gloss. in dicto cap. Reum, in verb. Vel ad mortem, 17. quae 4. Archid. ibid. num. 2. & in d. cap. De raptoribus, num. 3. 36. quae 1. Oldrad. conf. 154. Quidam deliquit. n. 4. vers. Et secundum Goffred. Quod bene nota, quia iudices laici hoc non servant in perniciem animarum suarum. Dicunt tamen Innocent. Hostien. & Joann. Andr. locis proximè citatis reum confugiendum ad Ecclesiam posse derudi in monasterium ad agendam poenitentiam, argum. cap. Si Episcopus, 50. dist. 12. Auth. Sed de novo iure, C. de adulter. Dum modo tamen iuvit ab Ecclesia non extrahantur, ut hic per Abb. n. 12. vers. Sed circa duo potest dubitari, & adde quod dicam infra n. 96.
- 13 Quod nota ibi, super hoc tamen, quod inique fecit, est alias legitime puniendus; confugiendum ad Ecclesiam, quamvis damnari non possit pena mortis, vel alia corporali, posse tamen puniri alia pena, videlicet pecuniaria: concordat c. id constitutum, & cap. Reum, ibi, tamen legitime componatur quod inique fecit, 17. q. 4. ubi Archid. n. 3. dicit: (Et enim componere pro damno dato, vel offensa, vel injuria pecuniariter satisfacere.) Et fuit opinio Hugonis relati ab Archid. in dicto cap. Reum, num. 2. ubi ait, securè tenendum esse, quod omnis pena corporalis, scilicet mortis, & membrorum, & verberum debet remitti ex toto, sed tenetur ad penam pecuniariam, secundum quod in iurijs, vel dampnum intulit: idem notat gloss. in d. cap. Reum, in verb. Vel ad mortem, dicens hoc esse privilegium Ecclesiae, ut talis a modo, nec vitam, nec membrum perdat, sed pecuniariter satisfacta. Archid. in d. cap. De raptoribus, num. 3. 35. q. 1. & hic tenent gloss. in ver. Punendus, Innocent. in eodem verb. Joan. Andr. n. 8. vers. in glossa pecuniariter, Abb. n. 3. in fin. vers. Potest ergo, & reliqui omnes.
- 18 Item puniri poterit pena exilii, secundum Hostien. hic n. 1. in fin. in ver. Punendus: numquam tamen erit in carcerem detrudendus, ut dicit Innocent. hic circa medium, in verb. Punendus, & Hostien. ubi supra.
- 20 Verumtamen, ut notabiliter ait idem Hostien. num. 2. in fin. vers. At tamen circa hoc delinquit Principes, & Prelati. Principes, quia si reus exit Ecclesiam ponendo pedes extra, protinus eum capiunt; & si non exit, ipsum tenent obsessum, requiem, & voltem, & victualia denegantes, contra Cano-

nes cap. Sicut antiquitus, cap. Frater, & cap. Minor, 17. q. 4. cap. Reos, 23. q. 5. & contra legem, quae de tales dicit laesae maiestatis crimine, irretitos, l. Praesenti, in l. resp. §. 1. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. Prelati vero, & in hoc delinquant, quia quantumcumque gravia confugiens commiserit, ipsum tamen in totum salvare utuntur, ita ut nullam poenam, etiam pecuniariam patiantur, contra hoc, quod hic dicitur, & contra iustitiam, quae est summum bonum, cap. De vestimam, 1. 2. q. 2. Optat autem Hostien. ut in his, & aliis utriusque terminis sint contenti, cap. 1. de sepultur. & sequitur totidem verbis Jo. Andr. hic num. 5. in ver. Alias, & ceteri omnes.

21 Quinò nota in vers. Nisi, duos casus exceptos, in quibus reus ad Ecclesiam confugiens non gaudet illius immunitate. Primus est si fuerit publicus latro, ut hic, & in cap. Sicut antiquitus, ibi, Nisi publicus latro fuerit, 17. q. 4. Dicitur autem publicus latro, qui palam, & publice furatur, ut sunt piratae, & qui publice stant in stratis, vel quatuordecim habent, vel caltrum, & dirobant homines transientes: quae sunt formalia verba Abbatis h. n. 5. vers. Dicitur autem. Concordat Constitutio 7. Gregor. XIV. de immunitate Eccles. quae incipit, Cum alias nonnulli, in §. 3. ibi. (Si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentant, vel publicas stratas obident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur.) Porro viarum grassatores pro famolis latronibus intelligit lex Regia penult. 1. par. 1. Covarr. lib. 2. var. resolut. cap. 20. num. 1. 3. vers. Decimo nono. Et tales hinc poena occidere licet, & etiam sine peccato, cap. Cum hinc, 23. q. 5. l. 1. C. quan. lic. unicusque sine iudic. gloss. penult. hic Hostien. num. 2. & alii communiter: non tamen sine irregularitate, ut notatur in cap. Interfectus, & in cap. seg. infra de homicid. nisi pro necessitate vitae desonatio, ut in Clem. Si furiosus, eodem tit. Item in tales omni die jus redditur, ut l. Pravinitarum, C. de feriis Joan. Andr. hic n. 6. & Cai. diu. n. 2.

22 Secundus casus exceptus est si fuerit nocturnus depopulator agrorum, ut hic in littera, concordat praerogata Constitutio 7. Gregor. XIV. in d. §. 3. ibi, Aut depopulatores agrorum. Dicitur autem nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte segetes destruit, dum ibi se abcondit, vel latet, vel praeter homicidia, vel rapinas, quas facit in stratis, comburit, & destruit agros eorum, qui ei non servantur; quae sunt verba Innocentii hic post med. in ver. Nocturnus, cum quo concordat Hostien. num. 3. in ver. Populator Joan. Andr. num. 6. Burr. num. 7. Cardin. num. 3. & reliqui omnes, Oldrad. d. conf. 154. Quidam deliquit. n. 2. ubi ait, Depopulatorem proprie dici, qui agros alienos nocturnus destruit, accedit, ut l. 1. C. Quando lic. unicusque sine iudic. servind. & dicitur depopulator, id est, devallator fructuum in agris pendencium, secundum Vincentium hic Joann. Andr. Burr. & Cardin. loc. cit. itaque in his duobus casibus rei ad Ecclesiam confugiens non gaudet illius immunitate; & haec est unanimitas omnium Canonistarum sententia, ut post alios attestatur Julius Clarus in practi. crim. §. final. q. 32. vers. Quarto nunquid generaliter omnes; quod si quaeras cur publicus latro, & depopulator potius extrahatur ab Ecclesia, quam alius malefactor, qui fortè est deterior. Respondet gloss. vlt. in fin. in cap. fin. infra eodem; quia ma-

magis interest illos punire, quam alios malefactores, ex quo pluribus exitia cogitant, quam alii, cap. Est in iusta, 23. quae 4. Concordat Hostien. hic n. 4. in ver. Qui, & Abb. num. 21. vers. Unde allego aliam rationem.

23 Verumtamen praeter duos casus hic exceptos sunt & alii casus excepti per alios Canones, in quibus rei non gaudent immunitate Ecclesiae. Primus est in cap. ult. infra eodem videlicet in eo, qui sub spe immunitatis in Ecclesia homicidia, vel mutilationes membrorum committit: non enim debet ab Ecclesia defendi qui Ecclesiam violat, argum. cap. De viro, 1. 2. q. 2. cap. An sit supra de appellat. secundum Innocent. hic prope fin. vers. 1. Item etiam potest dici, Hostien. num. 4. vers. Si dicitur hic casus hodie est etiam exceptus in praedicta Constitutio 7. Gregor. XIV. in eod. §. 3. ibi, (Quivè homicidia, & mutilationes membrorum in praedictis Ecclesijs, earumve cœmeterijs committere non verentur.

24 Secundus est in assassino, qui etiam cum suis bonis mundanis omnibus tamquam Christiane Religionis amulus a toto Christiano populo perpetuo diffidatus est, ut legitur in cap. Pro humani, de homicid. lib. 6. Et ideo si ad Ecclesiam confugiat, non est eius illius immunitate, sed potest inde extrahi per quemcumque iudicem saecularem: & haec est crebrior apud omnes recepta opinio, ut dicit Plaza in cap. 19. num. 24. & Jul. Clar. in §. Affassinorum, vers. Item licet. Hodie hic casus reperitur etiam exceptus in dicta Bulla 7. Greg. XIV. in §. 3. ibi, Aut assassini: extractio tamen nullatenus fieri potest à Curia saeculari, ut dicam infra in ult. quat.

25 Tertius casus exceptus est in homicida proditorio, qui abique dubio immunitate Ecclesiae non gaudet: de hoc enim intelligitur text. in cap. 1. in ver. Per insidias, de homicid. & declarat Alex. in conf. 145. Vlt. themate, num. 5. lib. 7. & est communis opinio, ut inquit Covarr. lib. 2. var. resolut. cap. 20. nu. 7. subdens eam esse consuetudinem Christiani orbis admodum receptam; & alii plures, quos cumulat Jul. Clar. in d. §. fin. q. 30. vers. Scias tamen quod haec conclusio. Hic quoque casus hodie reperitur nominatim exceptus in praedicta Constitutio Gregor. XIV. dicta §. 3. ibi, aut qui proditorie proximum suum occiderint.

26 Quartus casus est in haeretico, qui si ad Ecclesiam confugiat, non gaudet illius immunitate, gloss. in auct. de mand. Princip. §. Publicorum, in ver. Cogentur, ad fin. Remig. de immunit. Eccles. Fallent. 18. Gondifalv. de haeret. quae 11. Navarr. in Manuali, cap. 25. numer. 20. gloss. pragmat. sanctio, de interdich. indifferenter non imponendus, numer. 5. pag. 251. à tergo, dicens id cautum esse in Extravagantibus Martini IV. & Joannis XXII. directis Inquisitoribus Franciae, quae custodiuntur inter chartas Regias, in quibus habetur, quod hi haeretici, Judaei conversi, vel apostatae fugiant ad Ecclesiam non ad remedium salutarem, sed evitandae poenae causa, dicti inquisitores possunt eos ab Ecclesia extrahere: sequitur Boer. decis. 10. num. 6. Constitutio Joannis XXII. relata à simili Constitutio Martini IV. habetur in Bullar. tom. 1. pag. 153. hic casus generaliter excipitur in eadem Constitutio 7. Gregor. XIV. dicta §. 3. ibi, vel haereticus.

27 Quintus casus est in reo laesae maiestatis, qui li-

miter potest ab Ecclesia extrahi, arg. l. Ad bestias, ff. de pign. & l. si hominem, ff. Mandati, & quamvis Boss. in practica tit. de captiva, num. 32. dicat conclusum fuisse in Senatu, de iure nec pro crimine laesae maiestatis poenae reum capi in Ecclesia, quia per hoc cap. quantumcumque gravia quis delicta perpetraverit, tamen est securus, nisi in duobus casibus hic exceptis, qui nec ad similes, nec ad majores extenduntur: secundum DD. nihilominus haec opinio non observaretur in practica, ut inquit Clar. in §. fin. quae 30. vers. Quòd nunquid generaliter, in fine. Hanc dubitationem sustulit praecitata Constitutio Gregor. XIV. quae hunc casum excipit nominatim, ibi, Aut laesae maiestatis in personam ipsiusmet Principis, &c.

28 Itaque secundum Canones, cum quibus concordat praerogata Constitutio Gregor. XIV. septem duntaxat sunt casus, in quibus rei ad Ecclesiam contingentes illius immunitate non gaudent: Nec mireris, quia etiam duo tantum hic excipiuntur, tamen exceptio non firmat regulam, quando alii casus sunt excepti iure, sed in casibus non exceptis suppletur à iure communi, ut hic notat Abb. n. 15. qui ad hoc allegat tex. in cap. Ad audientiam, cum ibi notatis supra de cler. non resident. Item gloss. & Bart. in l. Servi ff. de iur. ap. ubi notanter volunt, quod si unum cum poenit regulam, & excipit aliquem casum cum ditione taxativa, nihilominus excipiuntur alii casus, qui in alia parte iuris reperitur excepti: ad idem bonus text. postea gloss. in cap. Quomam frequenter, in l. responso supra, ut lite non contet.

29 Non me lateat legem civilem plures personas excipere, quae Ecclesiastica immunitate non gaudent, videlicet homicidas, adulteros, & raptores virginum, ut in Auth. de mand. Princip. §. Sed neque, vers. Neque autem homicidas. Verum lex illa corrigitur secundum omnes, ut dicit Hostien. hic numer. 1. nam & raptoribus virginum canon praestat immunitatem, ut in cap. De raptoribus, 36. quae 1. Scabimus ergo canonis, & non legi, cui per canonem est derogatum, ut dicit gloss. 2. in cap. Sicut antiquitus, 17. quae 4. Item gloss. hic in ver. Nisi publicus latro, Innocent. circa med. vers. Lex plures excipit, & alii communiter, Imol. in Clem. 1. numer. 11. vers. Et in hoc statuer canonis, qui corrigit legem, de poenit. & remis.

30 Rursum Ecclesiae immunitatem Del ordinatione, & Canonice sanctionibus constitutam, sicut legitur in Concilio Tridentino cap. 20. sess. 25. non potuit lex civilis illatenus restringere, seu limitare, ut solidissimis fundamentis laesae probat Abb. hic numer. 15. vers. Et quamquam ista videtur, & num. 16. & 17. conclusus indubitanter standum esse super ista immunitate dispositionibus canonum cum suis casibus duntaxat exceptis; & ita communiter teneri attestatur Angel. in summa in ver. Immunitas, numer. 17. in fin. & Sylvest. in ver. Immunitas 3. in 1. quae 1. num. 2. Et haec dispositionem juris Canonici esse consuetudine approbatam attestatur Ioan. Faber in §. Sed hoc tempore, postquam 2. in fin. qui sunt sui, vel alieni iur. quem refert Alex. conf. 145. Vlt. themate, & his quae elegantius, numer. 4. lib. 7. ubi in contingenti facti ita consuluit, & numer. 100. attestatur hanc esse communem opinionem, & sequitur Jul. Clar. in practi. crimin. §. final. quae 30. vers. Quòd nunquid generaliter omnes.

39 Ergo in reliquis casibus per canones non exceptis firmatur regula in contrarium, ut dixit Dynam Rubi de reg. jur. lib. 6. & habetur in l. Quasi sumus. S. Denique. ff. de fund. instrum. in l. Nam quod liquet. S. fin. ff. de pen. legata. & in cap. 2. de consue. leprosum. cum similibus. Unde reliquos omnes tunc Ecclesia live linc fures, nam famosum dumtaxat latronem hic canon excipit, innuens aliud esse in simpliciter fure, Oldrad. d. cons. 154. numer. 2. Belloga in specul. Princip. S. Sed quia numer. 13. Covarr. lib. 2. variar. resol. cap. 2. numer. 13. vers. De cimo nono. Jul. Clar. in prax. criminal. S. fin. quast. 30. vers. Quero, au fures gaudeant immunitate Ecclesie live sacrilegi. Navar. in Manual. cap. 25. numer. 19. vers. Gaudet etiam live blasphemus. Navar. ibid. numer. 20. vers. Quod nostris iudicis, live excommunicati, qui gaudent immunitate non propter se, sed propter honorem Ecclesie Guliel. de Monte Laudun. in Clem. 1. de punit. & remiss. quem ibi sequuntur Anchar. numer. 50. Inola numer. 111. in 2. quast. vers. Quinto etiam excommunicatus, & Vitalin numer. 79. Boer. dicens communem. decif. 110. numer. 7. Remig. de immunitat. Eccles. in 19. fallent. numer. 1. Clar. in S. final. d. quast. 30. vers. Quero etiam numquid excommunicati, dicens propter honorem Dei ab hac opinione non esse in practica recedendum. Sive sint proscripti, seu banniti, vel condemnati etiam capitaliter. Clar. ibidem. vers. Scias autem. Navar. d. cap. 25. numer. 19. ad fin. vers. Exules item, live banniti, etiam dum ad supplicium ducuntur, transeant per Ecclesiam, vel cimiterium; & est communis opinio, ut attestatur Remig. in loco preallegato, in 30. fallentia, Callanzus, dicens ita se vidisse in facto iudicari, super consuetudine Burgundie. fol. 5. numer. 121. quem refert Boer. dec. 110. post numer. 8. & Clar. loco proximo citato.

45 Sed hic QUERO, an homicida ex proposito, seu animo delibato gaudeat privilegio immunitatis Ecclesiasticae.

Respondeo gaudere secundum communes opiniones, quos servari alicui Alex. in cons. 145. Viso them. de nu. 4. 6. & 11. lib. 7. & quamvis contrarium tenet Practica Papiensis in forma inquisitionis, in ver. Hac est quadam inquisitio. n. 31. in fin. dicit contrarium prudenter servari in Italia, quae est omnium provincialium domina, quae relidet in Monarchia, & in qua est omnis virtus scientiarum, & fructuum afluencia, & locorum, & civitatum pulchritudo, & magna copia, prout eum refert Remig. de immunit. Eccles. fol. 6. & Alciat. de praesumpt. in 3. reg. praesumpt. 33. n. 4. hoc tamen communitate reprobari affirmat Marian. Socin. in c. 1. nu. 3. infra de homicid. & Boil. in pract. criminal. rit. de capt. 4. nu. 21. & merito, quia solum homicidium ex proposito in Ecclesia commissum sub spe immunitatis excipitur in c. ult. infra eod. Ergo per locum a specialibus in homicidio extra Ecclesiam, licet ex proposito, aliud est dicendum, ut bene per Abbatem hic in 17. & n. 18.

48 Non obstant verba illa cap. 1. de homicid. (Si quis per induitiam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo velles eum, ut moriatur.) Nam ut respondet Abbas d. numer. 8. ille textus est legis veteris, nempe Exodi cap. 21. & habet multos intellectus, ut ibi notatur; & intelligendo eum in terminis nostris, ab altari velles eum, id est, ab Ecclesia extrahes, ut immunitate non gau-

deat procedit secundum antiqua tempora, quia altaria veteris testamenti non gaudebant illa immunitate, quae hodie gaudent nostra. Sed haec responsio non satisfacit, quia non sine mysterio Papa inseruit textum legis veteris in compilatione Decretalium, cum praefertim praecipua illa judicialia veteris testamenti fuerint evacuatata per Adventum Christi, ut docet sanctus Thomas in 1. 2. qu. 103. art. 4. & quast. 104. art. 3. sicut nec satisfacit alia responsio Abbatis, quod ille textus intelligi debeat in homicidio commisso in Ecclesia iuxta terminos d. c. final. infra eod. quoniam verba illius c. hanc restrictionem non patiuntur, melius igitur responderi potest illum textum non loqui absolute de homicidio ex proposito, sed cum qualitate proditiionis: requirit enim copulativè, ut fuerit commissum per induitiam, & per insidias, id est proditoriè, quod est, quando aliud verbis, & aliud mente gerit, & sub specie amicitiae proximum necat, ut optimè declarat Alex. cons. 145. Viso themate. nu. 5. lib. 7. quo fit, ut dicatur proditoriè homicida, qualiquem necat veneno, ut per Decianum in tract. crim. cap. 28. nu. 19. talis ergo non gaudet immunitate Ecclesiae, ut dictum est supra nu. 31. at fecit in homicidio ex proposito sine qualitate proditiionis, & in hunc sensum accipiendi sunt Innoc. & DD. infra citandim: 54. Remig. de immunit. Eccles. in 13. fallent. Mill. in pract. criminal. fol. 31. nu. 19. & Clar. in S. final. quast. 30. vers. Hoc autem multo magis, qui scripturam secundum communem opinionem, quae in practica observatur, homicidam ex insidiis non gaudere immunitate Ecclesiastica nec obstat consuetudo contraria, quia tamquam praedicta Ecclesiasticae immunitati est nulla, & impraescriptibilis, ut patebit infra nu. 94.

51 Hodie cessat omnis difficultas, quia in saepius citata constitutione Gregorij XIV. de immunit. Eccles. excipiuntur homicidia in tribus casibus dumtaxat, ut patet in illis verbis: (Qui homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis earumque cimiteriis committere non venerunt, ut qui proditoriè proximum suum occiderint; aut assassinii,) & in S. praedicti revoquantur facultates extrahendi reos ab Ecclesiis, & locis sacris, & religiosis, aliasve in casibus à jure permillis, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex causis aequipollentibus casibus in jure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extentis. Ergo ab homicidio parato in Ecclesia, aut cum qualitate proditiionis, vel assassinii non permittitur extensio ad homicidium ex proposito, cum praeter ista illa sint graviora, & gravioribus supplicii puniuntur, ut patet in l. Fallaciter, ubi gloss. in ver. Proditor, C. de abolitio. & in c. Pro humani, de homicid. lib. 6. Et sic hodie cessant etiam opiniones illorum, qui arbitrati sunt in terminis juris communis etiam in aliis casibus consimilibus malefactoribus ab Ecclesiis extrahi posse, eo quod exceptio, de qua in hoc c. ibi, Nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus de populatore agrorum, non excludat casus similes, imò omnia similia, & aequiparata exceptis censeantur exceptuata, secundum gloss. singulariter in l. 1. in ver. Iudicati, C. de condit. indeb. & Abb. in c. Quoniam frequenter, numer. 6. vers. Si ergo eadem ratio, supra ut live non contestat. & in c. Cuius omnes, numer. 7. vers. Dominus Antonius vide-

videtur hic velle, de cons. ubi pro illa glossa allegat casum in c. Cui dilectus, ac confirmat: aut vel in util. & sequitur Alex. cons. 130: in causa num. 4. in fine vers. Nec etiam videtur obsistere, ibi 4. cuius opinionis videtur fuisse Innocentius hic post med. in ver. Qui, nam, ut ipse ait: Quicumque insidiosè offenderit, etiam si publicus latro, vel depopulator agrorum non sit, hoc privilegio non gaudet; quia non debet gaudere privilegio, qui committit in legem, c. Quia, infra, de usur. Quod si objecias, quare igitur Decretalis fecit mentionem de his duobus generibus hominum? Respondeo quod insidiosè fecerint, arg. 1. Qui semel fecit, de usur. cap. 1. & 3. supra de praesumpt. de aliis vero id non praesumitur, nisi aliud probetur. l. Quoties, §. Qui dolo ff. de probat. l. Vi vim ff. de iust. & iur. & cum eo transeant Hortien. numer. 4. post med. vers. Si dicitur, & Joan. Andr. numer. 6. circa finem eod. vers. Sed ut praedixi, hodie cessant huiusmodi opiniones, quia ex const. Gregor. non est licita extensio ad casus similes etiam ex paritate, vel identitate, aut majoritate rationis, quod etiam in terminis juris communis reprobatur Bossius supra citatus, numer. 33. Adde quod opinionem Innoc. & sequacium validis fundamentis reprobatur Abb. hic n. 2. circa fin. vers. Sed ex alio ubi non placet.

56 Secundò QUERO, An immunitas Ecclesiae sustinetur in casu homicidii delinquenti. In casu homicidii, vel mutilationis membri nulla est dubitatio propter decif. c. ult. infra eod. & consue. Greg. XIV. de immunit. Eccles. sed in aliis casibus sunt opiniones, tu tamen dicas, ut plenè scriptum in d. cap. ult. an. 2. usque in fin.

57 Tertio QUERO, An fugiens ad Ecclesiam pro debito civili gaudeat illius immunitate, ut inde extrahi non possit in vitus. Respondeo gaudere, ut probat hoc c. Quod generaliter prohibet in vitos extrahi, & excipit duos casus dumtaxat, ad idem c. Minor, & c. Si quis contumax, 17. quast. 4. & citatus probatur in l. Praesenti, c. de hi qui ad Ecclesiam confugiunt, Abbas hic numer. 22. & Joann. de An. numer. 8. Oldrad. cons. 54. An fugiens pro debito ad Ecclesiam, in princip.

58 Navar. in Manuali c. 25. numer. 19 in princip. circa med. vers. Et mercator, qui decessit, Boer. decif. 215. numer. 7. licet oppositum sentiat in decodis, vulgò fallit, in quos acriter invehit, numer. 5. & 6. Covarr. lib. 2. variar. resol. cap. 20. num. 14. vers. Nec Iasonis argumentatio, ubi ait sententiam Iasonis, qui in l. Pinum, n. 5. ff. Si certum petatur, dixit fugientem pro debito civili ad Ecclesiam posse inde abduci; fortasse admitti posse apud Hispanos in Mercatoribus, & Campertibus, qui maximo Republicae dispendio ex pecuniis, & rebus alienis dum negotiationem quaestuariam exercent, operam utilitatis, & tenoribus strenuè dantes, laurè, & opiparè viventes decodis tandem versuram faciunt, & ad Ecclesiam fugientes creditores omnes miserè salunt, quod gravissimum crimen est, & ob id famosissimi latrones appellantur. Sed quicquid dicant illi, res hodie est expedita per const. Greg. XIV. in S. 2. i. bi, An fraudulenti decodibus.

59 Quarto QUERO An Judaei, vel Pagani gaudeant immunitate Ecclesiastica.

Glossa hic in ver. Extrahendus, tenet etiam Judaeos gaudere immunitate Ecclesiastica, dummodo simulatio ablit, id est ut velit verè, & non si-

mulatè effici Christianus per textum in l. 1. c. de hi qui ad Ecclesiam confugiunt, & cum gloss. concordant hic Innoc. post princ. vers. Idem in Indus, Holt. n. 1. in ver. Ab Ecclesia, & infra eod. n. in fin. vers. Et hoc verum, Jo. Andr. num. 8. vers. in gloss. 3. Burr. n. 6. Cardin. numer. 5. & Jo. de Anan. n. 7. Archid. post Hugon. in c. Dissuavit, n. 1. 17. q. 14. Guliel. de Monte Laud. in Clem. 1. de punit. & remiss. quem ibi sequuntur Anchar. n. 5. Imol. n. 1. in 2. quast. vers. Quinto etiam Iudeus, & Vital. n. 80. Boer. decif. 110. n. 4. & cum gloss. nostra transire communitate Doctores fatetur Abbas hic numer. 6. Hanc etiam sententiam videri fortasse frequentiori Auctorum calculo receptam dicit Covarr. variar. resol. lib. 2. c. 20. n. 11. vers. 13. eamq; praevaluisse coram Regia Caesarea Majestate Carolo V. cum apud eundem hoc negotium ventilaretur ad consultationem Episcoporum Indiarum, refert novissime Mar. Ital. in tract. de immunit. Eccles. c. 3. §. 3. n. 3. nec mirum, quia etiam eorum sepulcra gaudent immunitate, c. Scit infra de Iudeis secundum Vinc. hic. Jo. Andr. Burr. & Card. loc. cit.

Et quamvis contrariam opinionem, id est, Judaeos, & Paganos non gaudere immunitate Ecclesiastica tenent gloss. Cyn. Barr. Salicet, & omnes in d. l. 1. c. de hi, qui ad Ecclesiam confugiunt, & idem Cynus in l. Praesenti, in q. 1. c. eod. Oldrad. cons. 54. An fugiens, n. 3. eamque communem dicit Marg. ill. in l. Ex senatus consulto, n. 7. & segg. ff. ad leg. Cornet. C. de sicar. & magis communem, & veriorum Jul. Clar. in S. fin. quast. 30. vers. Praeterea quero numquid Iudei hoc tamen intelligendum est quando Iudei fugiant ad Ecclesiam cum simulatione fingentes se velles effici Christiani. Sed si absque simulatione, tunc etiam Iudei, & infideles gaudere debent, ut declarat Joan. de Anan. hic numer. 7. vers. Quod intelligitur, & sic opinionem concordant, licet Abbas hic numer. 6. dicat veriorum esse opinionem gloss. in d. l. 1. c. de hi qui ad Ecclesiam confugiunt, quod etiam cessante simulatione non gaudet Judaeus hac immunitate, quia illa lex inducit praesumptionem juris, & de iure contra simulationem; ex quo enim Iudeus reatu aliquo, vel aegriano gravatus fugit ad Ecclesiam, & dicit se velles fieri Christianum, praesumitur violenter hoc facere in fraudem; nec debet recipi probatio in contrarium, quia lex illa praesumendo fraudem statuit, ut prius non suscipiantur, quam debita universa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati.

Tu verò dicas indistinctè Judaeos, & Paganos ad Ecclesiam confugiens etiam timore pernarum, non autem zelo fidei, vel religionis, non posse inde abstrahi in vitos, ut firmat Burr. Cardin. Gulielm. de Monte Laud. Anchar. Imola pro opinione allegati, Sylvest. in summam ver. immunitas, 3. nam. 2. in 3. q. vers. Primum Iudeus, & vers. Servandum de pagano, Joann. de Fantuc. & Archid. in cap. Dissuavit sanctum Concilium, ut nullus fugiens, & c. 17. q. 4. ubi primò arguit, quod Iudeus, vel Paganus contugiens ad Ecclesiam non gaudeat tali privilegio, quia non debet Ecclesia praestare patrocinium ei, qui semper vult, & initiat eam impugnare, c. Dispar, 23. q. 8. sed hoc non obstante determinat contrarium, tum quia canones generaliter loquuntur, ut nullus fugiens ad Ecclesiam debeat inde extrahi, nisi publicus latro, & depopulator agrorum, ut hic, & in concordantibus.

Tum

61 Tum quia privilegium immunitatis non conceditur incivili personarum, sed propter honorem. & reverentiam quae locis sacris, & Divino cultui debetur. *1. Praesentis, vers. Ipsi scriptae loci reverentia. C. de his qui ad Ecclesiam confug. c. Reum, c. Frater, & d. d. cap. Distinctio, 17. qu. 4.* Tum denique quia iudex sub defensione, & protectione Romanae Ecclesiae recepti sunt, *c. Sicut, infra de iudic. lib. 2.*

62 His adde, quod haec opinio fulcitur etiam auctoritate legis veteris nam, ut legitur Numer. 6. 3. de ipsiurbius, quae ad fugitivorum subsidia preparantur, tres erant trans Jordanem, & tres in terra Canaan tam filii Israel, quam adventis, & peregrinis, ut confugeret ad eos, qui nolens sanguinem fudisset; idem ius habetur Josue cap. 20. Patet autem advenarum, & peregrinorum appellatione in Sacra pagina significari Gentiles quoties ponuntur ad differentiationem filiorum Israel, ut Regum 3. cap. 8. littera E. Exodi cap. 12. Levitici cap. 17. 19. & 24. Si igitur apud Hebraeos fugebantur immunitate etiam infideles, longe magis frui debent hodie in Ecclesia Christianorum, in qua est translata lex, & Sacerdotium in formam excellentiorem. cap. Translatio: & ibi omnes, supra de Constit. unde Abo. hic num. 18. dicit, Altaria Veteris Testamenti non gaudere illa immunitate.

64 qua hodie gaudent nostra. Opinio vero contraria nititur tantummodo auctoritate textus in d. l. 1. C. de his qui ad Ecclesiam confug. Cujus tamen nulla ratio habenda est, quia ponit faciem in mense alienam; non enim civilis auctoritas potest statuere nominationem de Ecclesiis, & locis sacris, etiam si contrarium non reperitur statutum de jure canonico, & lex civilis redundet in favorem ipsius Ecclesiae, ut ostensum est supra numer. 3. Ergo longe minus potest lex civilis in Ecclesiam statuere, illius immunitatem restringendo, aut limitando, ut dictum est supra numer. 38. & bene observat Abb. hic numer. 15. vers. Et quamquam ista videantur, & numer. 16. & 17. Licet postea ad haec non advertit in quaestione de iudic. Deum hanc opinio videtur de plano procedere post Gregorianam Constitutionem, quae de laicis loquitur simpliciter, non distinguens an fideles, vel infideles & certos tantum casus excipit, & reliquos excludit, etiam si in eis concurrat paritas, identitas, vel majoritas rationis, ut ostensum est supra numer. 11.

65 Quinto QUERO, An iudex ecclesiasticus possit contingenter ad Ecclesiam in quocumque casu inde abstrahere? quod est querere, an immunitas in casibus non exceptis suffragetur confugientibus ad Ecclesiam respectu iudicis laici dumtaxat, an vero etiam respectu iudicis ecclesiastici, tunc. *hic in verb. ad penam dicit, reum confugientem ad Ecclesiam posse detrudi in monasterium ad poenitentiam pergendam: & per hoc videtur sentire bene posse inde abstrahi per iudicem ecclesiasticum, & puniri ecclesiastica poena. Et pro hac parte facit, quia contra seculares potestates, non contra ecclesiasticas videtur hac immunitas adinventum, ut patet in cap. Frater, 17. qu. 4. ibi: (Quod nec Potestatibus quidem vel Principibus unquam licuit perpetrare, ut hominem in sanctuaris constitutum, &c.) & in cap. Distinctio, eadem caus. & qu. 4. ubi violans Ecclesiae immunitatem puniri iubetur severitate regia; Ergo de laicis loquitur. Praeterea Ecclesia non praesumitur quem privilegiasse contra se, cap. Commisistis, supra de censib. Item confugientem ad Ecclesiam debetur immunitas quoad hoc, ut ad mortem, vel membrum obruncationem damnari non possit, ut hic, & in cap. De raptoribus, 36. qu. 1. Hanc autem poenam iudex ecclesiasticus non imponit, cap. Novimus, in fin. de verb. signif. Verum Joan. Andr. hic num. 4. non putat Innocentium habuisse hunc sensum; unde concludit ipse abstractionem violentam etiam per iudicem ecclesiasticum, vel dominum ecclesiasticum etiam de subdito, vel servo fieri non posse. Movetur, quia leges, & Canones prohibentes extrahi reos ab Ecclesiis loquuntur per verba universalia negativa, ut patet in l. 2. ibi: (Neminilicere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere.) C. de his qui ad Ecclesiam confug. & in cap. Reum, 17. qu. 4. ibi: (Reum ad Ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat.) & in d. cap. Distinctio, eadem caus. & qu. 4. ubi dicitur: Distinctio sanctum Concilium, ut nullus audeat confugientes ad Ecclesias, vel residentes inde abstrahere; Universale autem negativum etiam ecclesiasticos includit. Et pro hac parte facit text. in cap. unico, infra de natis ex lib. ventr. Non enim debet ille impugnare, qui defendere debet, cap. Conquerente, in princ. supra de restitu. sp. aliat. Et, Patere legem, quam tu ipse tulisti, cap. Cum omnes, supra de Constit. Et ad obiectum, quod ecclesiasticus iudex non imponat poenam mortis, vel obruncationis, respondet Joan. Andr. num. 5. Hanc Decretalem loqui de omni poena, & apertius loquitur c. Ad constitutum, 17. qu. 4. ubi cavetur de omni poenarum genere. Unde quavis poena mortis, & obruncationis ponatur hic respectu iudicis laici; alia tamen poena ponatur etiam respectu iudicis ecclesiastici: nec gloss. Innocentii loquitur de poena, sed de poenitentia, & concordat gloss. l. in d. cap. De raptoribus, ibi. Sed & publica poenitentia multatur, 36. qu. 1. & cum opinio Joa. Andr. transeunt hic Collecta numer. 16. Bur. numer. 11. Cardin. in 6. qu. 1. numer. 7. Anchar. in ult. qu. 1. numer. 9. & Abb. numer. 11. & 12. Hodie videtur cessare hac difficultas, quia Gregoriana Constitutio de immunitate Ecclesiarum §. 4. statuit, ut in casibus ibi exceptis dumtaxat extractio fiat de licentia solius Episcopi, vel eius Officialis, cum interventu personae ecclesiasticae ad eam auctoritatem habentis; ergo in aliis casibus non exceptis, nec de licentia Episcopi, vel illius auctoritate extractio fieri poterit.*

70 Sexto QUERO, An clerici, & religiosi gaudeant immunitate ecclesiastica, ita ut non possint per iudicem proprium ab Ecclesia violententer extrahi in casibus, in quibus laici extrahi non possunt.

71 Abbas hic numer. 13. dicit Doctores hic non attingere hanc quaestionem: nam Joann. Andr. nullam facit mentionem de clericis, vel religiosis fugientibus ad Ecclesiam, vel in ea existentibus, ut dictum est in precedenti quaestione. Ipse autem Abbas tenet hanc immunitatem eis non prodesse, quin possint auctoritate iudicis ecclesiastici ab Ecclesiis extrahi, & ad carceres duci, & puniri; eiusque opinionem sequuti sunt postea Sylvest. in summa, in ver. Immunitas, 3. numer. 2. in 3. qu. 4. vers. Tertiam clericis; & religiosi hac immunitate non gaudent, Joan. Barber. in suo libro 1. ratoris, in tit.

dit de violatoribus immunitatis, dicens clericum, qui disciplinae fugiende causa ad Ecclesiam confugit, posse extrahi, & cum eorantur Boer. decis. 109. numer. 7. vers. Et in Barber. Item tenet Guliel. de Monte Laudano in Clem. 1. de penit. & remiss. ubi querit numquid Episcopus, vel eius officialis possit clericum homicidam extrahere de Ecclesia, & ponere eum in Monasterio ad agendam poenitentiam, & concludit posse, cum Innoc. hic in verb. Ad poenam, dummodo carcer non sit nimis arctus, aut perpetuus, & cum eo transeat ibi Anchar. num. 8. & Inol. numer. 13. dum ultimo loco recitat opinionem Joann. de Lignano dicentis opinionem Innocentii esse veritatem. Mayner. in l. Nemo, numer. 31. fol. 251. col. 1. ff. de reg. iur. Garter. pract. part. 2. qu. 3. numer. 3. Suarez de relig. tom. 1. lib. 3. in tit. de person. qui gaudent reimpl. immunit. & de pace tom. 1. cap. 3. §. 3. numer. 141. & quidam alii ex junioribus. Movetur Abb. primo auctoritate gloss. prima in cap. Nullus, 17. qu. 4. quae in fin. videtur dicere Episcopum, vel Magistrum ex causa odii non debere clericum, vel discipulum ab Ecclesia expellere: ergo a contrario cessante odio, id poterit.

Secundo movetur Abb. quia civilis lex non facit aperte mentionem de clericis, & si faceret, non valeret in praedictum jurisdictionis Ecclesiasticae, juxta notata per Innocentium c. Nos per, de testib. Canonis vero quavis indistincte loquuntur, tamen videntur respexisse ad laicos tantum; ut innuit littera hujus textus, ibi. Sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debentur abstrahere, & ita iudices ecclesiastici hoc impetrare debent a seculari potestate: quod non potest verificari in clericis, qui seculari potestati non subsumunt, sed eorum provisio spectat ad ipsos Ecclesiarum Rectores, id est, Episcopos, & alios Praelatos, cap. Cum ab Ecclesiis, supra de offic. Ordini.

73 Tertio, dicit Abbas hoc probari apertissima ratione, praesertim in religiosis, qui raro, aut numquam exeunt claustra monasterii, cap. Placuit, secundum, 16. qu. 1. & secundum eorum instituta, jura communia possunt per Superiorem in monasterio coerceri, verberari, & in carcerem detrudi, & si opus fuerit, etiam de monasterio expelli, & in aliis arctioribus recludi, ut leg. & not. in cap. Universitatis, de sent. excomm. & in cap. fin. de Regular. & in cap. De lapsis, 16. qu. 6. & in cap. Dilectus, §. secundus, de simon. & idem patet in clericis respectu Episcoporum: nam Episcopus judicat in Ecclesiis, cap. Praecipuum, 2. qu. 2. vel in palatio suo, cap. Qua fronte, de appellat. & in sententia quandoque damnat ad perpetuum carcerem, quandoque ad verbera, ut cap. Tux, de penit. cap. Novimus, de verb. signif. cap. 1. de callum. cap. 1. in fin. 2. qu. 5. & cap. Illi qui, 5. qu. 8. & notatur dist. 45. in summa. Durum autem est, ut in Ecclesia non possent caeteri, & verberari. Imo pro honestate Ecclesiae debent verberari in Ecclesia, & per clericum, non autem per laicum, ut in cap. Universitatis, de sent. excomm.

74 Quarto movetur Abb. quia si clerici gaudent hac immunitate Ecclesiastica: hoc non dederit non ad decorem, sed ad maximum decorem Ecclesiae; cum videtur velle defendere facinora clericorum, qui debent esse sancti, & in suis actibus religere, ut in cap. Operet Sacerdotes, 81. dist. Cum praesertim multi sint clerici, qui nihil habent de pa-

trimonio; ac proinde cum pecuniariter puniri nequeant, eorum delicta remanerent impunita.

77 Quinto, allegat iura in Clement. 1. vers. Si quis vero contra praesentis, de privilegiis & in cap. Non solum de regular. lib. 6. ubi religiosi delinquentes in religione jubentur subijci gravibus poenis.

Sexto, & ultimo movetur Abbas, quia cum Clerici praesertim in communi viventes, & religiosi frequenter delinquant in Ecclesia, vel infra triginta, vel quadraginta passus, sequatur ut nunquam, aut raro pro delictis hujusmodi possent puniri, si ab Ecclesia extrahi non possent, contra cap. 2. & cap. Cum illorum, de sentent. excomm. cum simili, & concludit Abo. se putare hanc verissimam, quae tamen relinquunt confutendum, quam dicitur in hoc multum esse attendendam, ut hic notat In hoc, & de consuetudine hoc servari, ut clericus non gaudeat immunitate Ecclesiae; sed inde abstrahatur a suis iudiciis ecclesiasticis, attestantur Bernard. Diaz in pract. crimin. canon. cap. 115. Covar. variat. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 16. Remig. de Immunit. Fall. 7. Jul. Clar. d. §. final. qu. 30. vers. Viterius quara.

Neque vero huic sententiae refragatur, quin potius faveat Constitutio 7. Gregorii XIII. de Immunitate Ecclesiarum, quia nullam facit mentionem de clericis, imo de laicis non nominatim loquitur, ut patet in §. 3. ibi. Ut laicis ad Ecclesias locaque sacra, & religiosi confugientibus necnon ibi, Ut laicos in casibus praedictis delinquentes, & in §. 4. ibi. Laicum aliquem, & in §. 5. ibi. Quodque delinquentes laici praedicti: nam ver. Laici toties in Constitutione repositum non debet censeri appositum supervacue, & sine mysterio aliquid operandi, ad l. 1. in fin. cum ibi notatis in gloss. ult. vers. Item nota hic §. administrationis, & l. 1. quando §. de legat. 1. cum simili.

78 Sed his non obstantibus tu primum adverte: nam Abbas supponit Doctores hanc quaestionem hic non attingere, & Jo. Andr. non loquitur de clericis, vel religiosis; sed certe Jo. Andr. n. 4. specialiter querit an iudex ecclesiasticus possit ab Ecclesia servum, vel subditum suum, & sic clericum extrahere: & ejus rationes concludunt tam in clerico, quam in laico, ut patet ex dictis supra in §. qu. 4. Rursus etiam clericos gaudere immunitate ecclesiastica, tenet Cardin. in Clem. 1. num. 9. in 7. qu. 4. de penit. & remiss. ubi firmat Episcopum, vel alium officialem ecclesiasticum non posse ab Ecclesia extrahere clericum homicidam; nec enim detrudere in monasterium ad poenitentiam peragendam: & ita aperte sentit immunitatem ecclesiasticam suffragari etiam clericis respectu iudicis ecclesiastici, & fuit originaliter opinio Gentilini in d. Clem. 1. ubi contra Innocentium, & Gul. de Monte Laudano tenet, Episcopum, vel ejus officialem, minime posse clericum damnatum abstrahere ab Ecclesia, & in monasterium detrudere; quia secundum eum hoc nullo jure cavetur. Item quia Episcopus tenetur fugientem ad Ecclesiam intra Ecclesiam defendere: ergo non poterit extrahere: & cum loquitur ibi etiam Vitalin. numer. 70. ubi reprobat opinionem Innocentii, dicit, praedicari, ut nemo invitus de Ecclesia extrahatur ne dum pro delicto, imò nec pro debito pecuniario proprio immunitatem Ecclesiae, & hanc consuetudinem veluti piam faveat Ecclesiae servandam

dam esse, c. ad Apostolicam de Simon. c. super eo de conat spiritus. cum siml. & notat Innoc. hic: & mox conclusit idem Vitalinus specialem, & absolutoriam promotionem esse in hoc c. Super non extratione confugientis, sive sic nobilis, vel ignobilis, sive pauper, vel dives, juvenis, aut senex, Clericus, vel laicus, criminosis, vel extraneo supplicis. Idem tenet Roman. conf. 227. *Spe- tialibus Domine Collateralis, per totum*; ubi in facti contingencia consulti quendam Presbyterum captum in claustrum Ecclesie gaudere immunitate ecclesiastica; ac propterea fuisse relaxandum, & quia ex adverso dicebatur, quod immunitas Ecclesie prodesse laicis dumtaxat, non autem Clericis: idem Romanus in conf. 134. *Advertendum*, respondit hoc falsissimum, & pluribus probat hoc privilegium commune esse tam Clerico, quam laico, & cum sequitur ibi Mandos. in *tractat. de indulgent. col. 3. vers. hoc etiam probatur*, Remig. in *tractat. de immunitat. Eccles. fall. 21.* & opinionem Romani magis communem esse affirmat Bernard. Diaz in *pract. crimin. c. 117. relatus a Covar. var. resolut. lib. 2. c. 20. numer. 16.* & Jul. Clar. in *practi crimin. 3. in. quast. 30. vers. ultra- nus querit*, eamque dicit de iure veriorum Tibertius Decian. in *tractat. criminal. tom. 2. lib. 6. c. 26. tit. de castibus*, qui respiciunt personas confugientium ad Ecclesiam *num. 21. vers. Uto ego*. Plene Jo. Vifchis. de *immunit. num. 3. ubi sic ait*, Stat ergo regula, & vera conclusio, quod iudex etiam ecclesiasticus non potest frugientem ad Ecclesiam invitum etiam subditum suum, sive Clericum sive laicum extrahere, nec penam corporis afflictivam imponere, & n. 9. & seq. diluit argum. Abbatis. & n. 72. concludit nec iudicem ecclesiasticum etiam discipline causa posse Clericum ab Ecclesia extrahere, & sequuntur plures alii ex junioribus relati a modernis Collectoribus hic.

80. Niriur hanc secunda opinio infra scriptis fundamentis, quae absque dubio solidiora, ac firmitiora sunt.

Primum fundamentum est Romani d. conf. 234. in prima. & Vitalini in d. Clem. 1. numer. 70. de penit. & remiss. quia canones prohibentes extrahi reos ab ecclesiis loquuntur generaliter, non distinguendo Clericum a laico, ut hic, & in concord. supra citat. n. 68. ergo generaliter de omnibus sunt intelligendi, 1. De pretio, ff. de public. in rem actio, cum siml.

81. Secundum fundamentum est ejusdem Romani ubi supra, quia major ratio est in Clerico, ut in Ecclesia capi non possit, quam in laico; cum Clericis domus propria quodammodo Ecclesia sit. In domo autem propria neminem capi permiffum est, l. Clericus, ff. de ius vocan. 1. Nemo de domo, ff. de regul. jur.

82. Tertium. & precipuum fundamentum ex eodem Romano, & ex aliis desumptum est, quia hoc privilegium, ut nullus ab Ecclesia possit extrahi in vicus, est concessum loco ipsius Ecclesie, quod probant iura allegata in 4. quast. num. 61. & condat ex proemio hujus constitutionis, quae refertur integra ab Antonio Augustino in 3. Collect. Decretal. lib. 3. tit. 32. c. unico, ubi, Et pro reverentia sacri loci debitas penas valeant evitare. Ergo suffragatur cuilibet in Ecclesia existenti sive sit Clericus, sive laicus, facit in simili quod notat. Bart.

in 1. final. C. de testam. & in l. Cunctis Populos, C. de Summa Trinit. & fide Cathol. & Bald. in l. Si non specialis, C. de testam. dicentes privilegia locis concessa ad omnes personas ibi existentis extendi, ad forenses, & extraneos.

83. Quantum fundamentum desumitur ex Genzelino supra cit. in Clem. 1. de penit. & remiss. & ex Jo. Andri. hic n. 4. quia Episcopus tenetur clericos ad Ecclesiam confugientes, & precipue clericos defendere; ergo non poterit eos extrahere, quia non debet ille impugnare, qui defendere debet, c. Conquerente, in primo, supra de res. spul. Ad hoc c. Vincens in fin. de nat. ex lib. ventr. inf. joi, Durum est enim, ut si alii pro mercede libertatis tribuant, ab Ecclesia, qua tueri debent, revocentur, cum concordant de quibus in glossul.

Quantum fundamentum desumitur ex hac Decretali, ubi excipiuntur summmodo latrones publici, & nocturni depopulatores agrorum; ergo in aliis omnibus sive sint Clerici, sive laici firmatur regula in contrarium, ut conitat ex dictis supra num. 39.

84. Sextum, & ultimum fundamentum aliis omiffis desumitur ab absurdo; nam ex contrario sequetur, ut Clerici essent deterioris conditionis, quam laici, imo peioris, quam Judai & pagani, qui tamen hoc privilegio gaudent, secundum veriorum & magis communem opinionem, ut conclusum est supra in 4. quast. Et recitata hac opinione uti veriori, & magis communem obstant argumenta contraria.

Ad primum enim, nempa ad gloss. 1. in c. Nullus Clericorum, 17. q. 4. Respondetur eam non dicere id, ad quod allegatur, nisi forte per argumentum a contrario sensu, quod tamen fumere non licet ab autoritate gloss. quae probabilis est, praesertim ad restrictionem juris communis, ad not. per Jo. And. in cap. Publicato, n. 18. de elec.

Ad secundum patet responsio ex dictis in precedenti quast. num. 69. vers. Et ad obiectum, & ex dictis Vital. in Clem. 1. n. 70. circa fin. vers. Nec obstat dictum cap. inter alia.

85. Ad tertium, in quo fere consistit tota difficultas praesentis disputationis, respondent nonnulli Religiosos ad Ecclesiam, vel palatium Episcopi adductos, vel sponte ibi comparentes, ut se in iudicio defendant, illuc non confugere eo animo, ut sint tuti in Ecclesia, vel loco immuni. Unde nil mirum si Ecclesia immunitate non gaudent, ad quod facti optime quod notat Vital. in d. Clem. 1. n. 87. de penit. & remiss. in quast. An voluerit immunitas si captus per Ecclesiam ducatur, & inde invitatus abstrahatur, ubi concludit his verbis. Attendit quia ille non confugit ad Ecclesiam, & sic non debet gaudere.

86. Verum hanc responsio videtur convellere immunitatem ecclesiasticam, qua non tantum confugientibus, ad Ecclesiam, sed etiam in ea residentibus hoc privilegium est concessum, ut in c. Diffinitus, 17. q. 4. ubi, vel residentes inde abstrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, seu spoliis residentibus in loco sancto inferre, nec attenditur, quia intentione quis ad Ecclesiam se conserit, sed satis est, ut modo intendat gaudere illius immunitate, ut dictum est supra in 4. quast. de ludo, numer. 60. vers. Tu vero dicitis. Quinimo etiam si vellet expresse renuciare privilegio immunitatis, & permitteret se capi in Ecclesia, tamen sibi capere;

retur, non obstante illius consensu violaretur Ecclesia immunitas, quia privilegium est concessum Ecclesiae, cui ex captura irrogatur injuria. ut conitat ex dictis supra n. 16. i. & 84. & privilegio Ecclesiae nemo potest renunciare, arg. c. Contingit, si 1. infra de potest. excomm. & quatenus immunitas esset etiam concessa intuitu persona: tamen generale est, ut privilegio in favorem duorum concessio alteri invito renunciare non possit, c. ad Apostolicam, & ibi gloss. in ver. Monasterii, Hostien. numer. 4. in fin. vers. Sed & ex hoc, & numer. 8. Butr. numer. 3. & Abbas numer. 10. supra de regular. unde si velit non gaudere, exeat sponte Ecclesiam, quod bene potest. Nam ut dicit Guil. de Monte Laud. & post eum Vitalin. in d. Clem. 1. numer. 8. de penit. & remiss. si confugiens sponte se offerat iustitiae, & de Ecclesia sponte exeat, non censetur violata immunitas; non respectu confugientis, quia beneficium immunitatis solum gaudet, qui eam petit, & appetit, & volent non potest fieri dolus, vel injuria, l. Cum donationis, C. de transf. in h. nec respectu Ecclesiae, quia cum non fuerit extractus, sed sponte recesserit, non fuit immunitas violata, & sic nec Ecclesia injuriata, arg. l. Quod dictum, ff. de pactis; & ita intelligas quod notant Goffred. & Hostien. in cap. ult. numer. 2. infra de ord. Ubi quaerunt, quid si aliquis volentem de loco immunitatis extrahat, & sic extractum, vel ad mortem, vel ad mutilationem membrorum condemnat, nunquid est offensa Ecclesia? Et respondent non, quia sola violentia puniatur, ut hic, & idem sentit Hugo in cap. Diffinitus, 17. q. 4. & Archid. in cap. Reum, numer. 1. ead. caus. & quast. arg. cap. seg. ibi, reluctantem, & concordant in d. cap. ult. infra eod. Jo. And. numer. 2. Butr. numer. 4. & Collectar. numer. 2. Unde si quis ductus ad Ecclesiam, vel ad Palatium Episcopi, vel sponte ibi comparens ad iudicandum se ex aminu, vel se defendendum diceret, Ego nolo hinc exire, sed volo frui Ecclesiae immunitate; utriusque abstrahi non posset in vicus, sicut dicitur de eo, qui dum ad supplicium ducitur, transit per Ecclesiam: nam talis non confugit ad Ecclesiam, sed ducitur nihil cogitans de immunitate; & tamen quia dum ibi existit, intendit gaudere, non potest a modo invitatus extrahi secundum magis communem opinionem, de qua supra n. 44. & 88.

89. Igitur & melius argumento Abbatis arbitror sic posse responderi. Religiosi possunt puniri, & carcerari intra claustra, neque per hoc Ecclesia, vel monasterium immunitas violatur, quia a loco immuni non extrahuntur: & iura canonica solum prohibent reos ab Ecclesiis abstrahi, ut hic, & in concordantibus supracitatis in 3. notab. Castigare autem clericos, aut moderate verberare etiam in Ecclesia correctionis, vel disciplinae causa non est prohibitum, ut notat gloss. 1. in cap. Nullus clericorum, 17. quast. 4. & fatetur ipse Abbas in suo argumendo contrario, dummodo non sequatur mors, vel mutilatio, ut hic patet, & in cap. Reum, 17. quast. 4. & notat Vitalin. in Clem. 1. numer. 71. de penit. & remiss. Quando autem religiosi ex uno monasterio in aliud arcuus detruduntur, quamvis extrahantur invitati, tamen loci immunitas non violatur, quia hoc fit canone permittente, c. Qui peccat, 23. quast. 4. Tum quia ab uno monasterio, & loco immunitatis deducuntur ad aliud similitur immune: & ita salva semper remanet Ecclesia;

90. immunitas, quod clarè explicat Vitalin. in dicta Clem. prima, numer. 71. de penit. & remiss. per haec formalia verba; & sic salvo opinionem Innocentii, quod contra taliter confugientem potest procedi, & inquiri, & condemnatoria fulminari per iudicem ecclesiasticum; & tunc in carcerem detrudendus est, ut penam luat. Unde in aliquem locum si sic infra dictam Ecclesiam, aut septa ejusdem, detrudetur loco carceris, aliam extrahatur, & detrudetur in monasterium aliquod, ut ibi sit in carceratus; nec per hoc infringetur Ecclesiae immunitas, quia de Ecclesia non extrahitur, ut ad locum privatum deportetur, sed ad monasterium, & sic de Ecclesia non extrahitur, cum in Ecclesia continue maneat. Per hoc enim, quod confugit non debet esse delictum impunitum. Hae Vitalin. & idem dicendum de clericis secularibus, qui possunt castigari, & carceri mancipari intra septa Ecclesie, vel ad penitentiam in monasterium detrudi per iudicem ecclesiasticum; & sic de loco immunitatis ad alium immunitatis. Per hoc enim Ecclesiae immunitas non infingitur, ut dictum est: unde cessat absurdum Abbatis, quia delicta non remanent impunita.

Ad quartum patet responsio ex dictis in responsione precedenti. Item Ecclesia non respicitur facinora clericorum, quia in criminibus exceptis poterit eos extrahere, & in non exceptis coercere censuris, a poenis ecclesiasticis, aut pecuniariis secundum ea, quae dicta sunt supra in tertio notab. numer. 16.

94. Ad quantum, & sextum satis superque responsum est supra in responsione ad tertium & quartum argumentum.

94. Consuetudo autem contraria, cum sit praedjudicialis immunitati ecclesiasticae non pia, neque laudabilis, sed abusus, & corruptela dicenda est, & ideo est nulla, & impraescripibilis: etiam si esset tanti temporis, cuius initium non esset memoria, cap. Cum terra, & ibi dixi num. 6. & 7. de elec. cap. Cum causa, de sect. & re iudic. cap. Illa autem, vers. Quod enim, 12. dist. & cap. Cuiusmodi, de consuetud. Quod de plano procedit post Bullam Urbani VIII. Romani Pontificis, editam 5. Junii 1641. Per quam sublata est quaecumque consuetudo praedjudicialis libertati, & immunitati ecclesiasticae, etiam si sit immemorabilis, & cum ea concurrat facta privilegii, ut scripsi plenè in cap. Consuetudines, n. 59. & 74. supra de consuetud.

95. Ad ponderationem Constitutioni Greg. XIV. de immunit. Ecclesiarum responderet Constitutio nem illam fuisse editam contra Principes saeculares, qui plura indulta, & privilegia extrahendi delinquentes ab Ecclesiis a Sede Apostolica impetrarunt, & illis abutebantur, ut patet ex verbis proemii: & quia vigore huiusmodi indultorum Principes nullam autoritatem poterant sibi vindicare in clericos, utpote exemptos ab illorum jurisdictione, sed tantum in laicos sibi subditos: propterea Constitutio de laicis tantum, & non de clericis mentionem fecit. Sed hinc non sequitur ut Clerici non gaudeant immunitate in illis casibus, in quibus gaudent laici. Imo major est ratio in Clericis, ut constat ex dictis supra in 2. fundamentis, n. 83.

96. Septimo QUÆRO, an in casibus, quibus laici ad Ecclesiam confugientes non gaudent illius immunitate, extractio fieri debeat per iudicem

retur, non obstante illius consensu violaretur Ecclesia immunitas, quia privilegium est concessum Ecclesiae, cui ex captura irrogatur injuria. ut conitat ex dictis supra n. 16. i. & 84. & privilegio Ecclesiae nemo potest renunciare, arg. c. Contingit, si 1. infra de potest. excomm. & quatenus immunitas esset etiam concessa intuitu persona: tamen generale est, ut privilegio in favorem duorum concessio alteri invito renunciare non possit, c. ad Apostolicam, & ibi gloss. in ver. Monasterii, Hostien. numer. 4. in fin. vers. Sed & ex hoc, & numer. 8. Butr. numer. 3. & Abbas numer. 10. supra de regular. unde si velit non gaudere, exeat sponte Ecclesiam, quod bene potest. Nam ut dicit Guil. de Monte Laud. & post eum Vitalin. in d. Clem. 1. numer. 8. de penit. & remiss. si confugiens sponte se offerat iustitiae, & de Ecclesia sponte exeat, non censetur violata immunitas; non respectu confugientis, quia beneficium immunitatis solum gaudet, qui eam petit, & appetit, & volent non potest fieri dolus, vel injuria, l. Cum donationis, C. de transf. in h. nec respectu Ecclesiae, quia cum non fuerit extractus, sed sponte recesserit, non fuit immunitas violata, & sic nec Ecclesia injuriata, arg. l. Quod dictum, ff. de pactis; & ita intelligas quod notant Goffred. & Hostien. in cap. ult. numer. 2. infra de ord. Ubi quaerunt, quid si aliquis volentem de loco immunitatis extrahat, & sic extractum, vel ad mortem, vel ad mutilationem membrorum condemnat, nunquid est offensa Ecclesia? Et respondent non, quia sola violentia puniatur, ut hic, & idem sentit Hugo in cap. Diffinitus, 17. q. 4. & Archid. in cap. Reum, numer. 1. ead. caus. & quast. arg. cap. seg. ibi, reluctantem, & concordant in d. cap. ult. infra eod. Jo. And. numer. 2. Butr. numer. 4. & Collectar. numer. 2. Unde si quis ductus ad Ecclesiam, vel ad Palatium Episcopi, vel sponte ibi comparens ad iudicandum se ex aminu, vel se defendendum diceret, Ego nolo hinc exire, sed volo frui Ecclesiae immunitate; utriusque abstrahi non posset in vicus, sicut dicitur de eo, qui dum ad supplicium ducitur, transit per Ecclesiam: nam talis non confugit ad Ecclesiam, sed ducitur nihil cogitans de immunitate; & tamen quia dum ibi existit, intendit gaudere, non potest a modo invitatus extrahi secundum magis communem opinionem, de qua supra n. 44. & 88.

89. Igitur & melius argumento Abbatis arbitror sic posse responderi. Religiosi possunt puniri, & carcerari intra claustra, neque per hoc Ecclesia, vel monasterium immunitas violatur, quia a loco immuni non extrahuntur: & iura canonica solum prohibent reos ab Ecclesiis abstrahi, ut hic, & in concordantibus supracitatis in 3. notab. Castigare autem clericos, aut moderate verberare etiam in Ecclesia correctionis, vel disciplinae causa non est prohibitum, ut notat gloss. 1. in cap. Nullus clericorum, 17. quast. 4. & fatetur ipse Abbas in suo argumendo contrario, dummodo non sequatur mors, vel mutilatio, ut hic patet, & in cap. Reum, 17. quast. 4. & notat Vitalin. in Clem. 1. numer. 71. de penit. & remiss. Quando autem religiosi ex uno monasterio in aliud arcuus detruduntur, quamvis extrahantur invitati, tamen loci immunitas non violatur, quia hoc fit canone permittente, c. Qui peccat, 23. quast. 4. Tum quia ab uno monasterio, & loco immunitatis deducuntur ad aliud similitur immune: & ita salva semper remanet Ecclesia;

90. immunitas, quod clarè explicat Vitalin. in dicta Clem. prima, numer. 71. de penit. & remiss. per haec formalia verba; & sic salvo opinionem Innocentii, quod contra taliter confugientem potest procedi, & inquiri, & condemnatoria fulminari per iudicem ecclesiasticum; & tunc in carcerem detrudendus est, ut penam luat. Unde in aliquem locum si sic infra dictam Ecclesiam, aut septa ejusdem, detrudetur loco carceris, aliam extrahatur, & detrudetur in monasterium aliquod, ut ibi sit in carceratus; nec per hoc infringetur Ecclesiae immunitas, quia de Ecclesia non extrahitur, ut ad locum privatum deportetur, sed ad monasterium, & sic de Ecclesia non extrahitur, cum in Ecclesia continue maneat. Per hoc enim, quod confugit non debet esse delictum impunitum. Hae Vitalin. & idem dicendum de clericis secularibus, qui possunt castigari, & carceri mancipari intra septa Ecclesie, vel ad penitentiam in monasterium detrudi per iudicem ecclesiasticum; & sic de loco immunitatis ad alium immunitatis. Per hoc enim Ecclesiae immunitas non infingitur, ut dictum est: unde cessat absurdum Abbatis, quia delicta non remanent impunita.

Ad quartum patet responsio ex dictis in responsione precedenti. Item Ecclesia non respicitur facinora clericorum, quia in criminibus exceptis poterit eos extrahere, & in non exceptis coercere censuris, a poenis ecclesiasticis, aut pecuniariis secundum ea, quae dicta sunt supra in tertio notab. numer. 16.

94. Ad quantum, & sextum satis superque responsum est supra in responsione ad tertium & quartum argumentum.

94. Consuetudo autem contraria, cum sit praedjudicialis immunitati ecclesiasticae non pia, neque laudabilis, sed abusus, & corruptela dicenda est, & ideo est nulla, & impraescripibilis: etiam si esset tanti temporis, cuius initium non esset memoria, cap. Cum terra, & ibi dixi num. 6. & 7. de elec. cap. Cum causa, de sect. & re iudic. cap. Illa autem, vers. Quod enim, 12. dist. & cap. Cuiusmodi, de consuetud. Quod de plano procedit post Bullam Urbani VIII. Romani Pontificis, editam 5. Junii 1641. Per quam sublata est quaecumque consuetudo praedjudicialis libertati, & immunitati ecclesiasticae, etiam si sit immemorabilis, & cum ea concurrat facta privilegii, ut scripsi plenè in cap. Consuetudines, n. 59. & 74. supra de consuetud.

95. Ad ponderationem Constitutioni Greg. XIV. de immunit. Ecclesiarum responderet Constitutio nem illam fuisse editam contra Principes saeculares, qui plura indulta, & privilegia extrahendi delinquentes ab Ecclesiis a Sede Apostolica impetrarunt, & illis abutebantur, ut patet ex verbis proemii: & quia vigore huiusmodi indultorum Principes nullam autoritatem poterant sibi vindicare in clericos, utpote exemptos ab illorum jurisdictione, sed tantum in laicos sibi subditos: propterea Constitutio de laicis tantum, & non de clericis mentionem fecit. Sed hinc non sequitur ut Clerici non gaudeant immunitate in illis casibus, in quibus gaudent laici. Imo major est ratio in Clericis, ut constat ex dictis supra in 2. fundamentis, n. 83.

96. Septimo QUÆRO, an in casibus, quibus laici ad Ecclesiam confugientes non gaudent illius immunitate, extractio fieri debeat per iudicem

ecclesiasticum, an verò per iudicem laicum. Abb. hic, na. 29. Formam hanc quaestionem, sed in solutione decidit solummodo ad quem spectet punitione delicti intra vel extra Ecclesiam perpetrari, & nihil dicit de extractione delinquentis. Cynus verò in 1. Praesens, num. 2. in 2. quæst. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, distinguit sic: Aut talis deliquit in Ecclesia, & tunc est de jurisdictione Ecclesiastica, & puniatur per iudicem suum, non per secularem. Aut deliquit extra Ecclesiam, & tunc extrahetur per iudicem laicum.

97 Sed tu rejecta hac distinctione dicas nullo casu extractionem fieri posse per iudicem secularem, quia Ecclesia non est de territorio Principis secularis, cap. Postulasti, cum ibi not. de for. compe. ten. & cap. Rex debet, 23. quæst. 1. Abb. d. numer. 29. vers. Credo quod non, ubi dicit Ecclesiam non habere territorium, nisi respectu eorum que sunt seu pertinent ad forum ecclesiasticum, nec est subdita iudici seculari sed ecclesiastico tantum, ut l. 3. C. de sum. Trinit. cap. Miror, 17. quæst. 4. cap. Ecclesia S. Mariae de Consta. cum plurib. concord. Paul. de Castro in l. si quis in hoc genus, numer. 1. C. de Episcopis, & Clericis. Ergo iudex laicus non potest in Ecclesia ullam jurisdictionem exercere, delinquentes inde extrahendo, quia sic exerceret jurisdictionem extra territorium, s. fin. ff. de iurisdic. omnium iudic. cap. Ut animalium, de Constitut. lib. 6. & in Ecclesia sibi non subdita, cap. An nobis, si primo, infra de sentent. excomm. & d. cap. Ut animalium. Unde non evaderet penas violentis immunitatem ecclesiasticam Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constitutam, ut in Concilio Tridentino cap. 20. sess. 25.

100 Hodie hoc est expeditum per Constitutionem allegatam Gregorii XIV. de immunit. Ecclesiarum: nam in §. 2. vers. Sed unversis, disponitur, ut Episcopi, & Ecclesiarum Prælati tam seculares, quam regulares, qui confugientes ad Ecclesias aliquod ex criminibus exceptis iudicio suo committit videntur, quando a Curia seculari fuerint requisiti curare debeant, ut eidem Curie tradantur, & consignentur, & in §. 4. disertis verbis ita dicitur, ut Curia secularis, ejusque iudices, & officiales ab Ecclesiis, monasteriis, locisque sacris laicum aliquem delinquentem in aliquo ex casibus ibi exceptis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus officialis, & cum interventu personæ ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis capere, extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dictæ personæ ecclesiasticæ requisiti illos in delictis ibi expressis culpabiles tradere, aut capturas, & carcerationi intervenire, & assistere recusaverint, tuncque reverentia Ecclesiæ, & locis sacris debita memores prædictos delinquentes minori quo id fieri poterit, cum scandalo, & tumultu extrahere curent, & in §. 2. statuitur, ut sic a Curia seculari extra diti ad carceres Curie Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, & opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam secularem detineri debeant, nec inde extrahi, Curie que seculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, & an ipse vere crimina superius expressa commiserit: tuncque demum de mandato Episcopi per iudicem ecclesiasticum Curia seculari quacumque appellatione postposita consignentur.

Octavo, & ultimo QUERO, An violetur im-

munitas ecclesiastica per violentam extractionem rerum ab Ecclesiis, & locis immunitibus adeo ut extrahentes incidant in excommunicationem Bullæ Gregorii XIV.

Palam est immunitatem violari non tantum per extractionem personarum, sed etiam rerum, ut est rex in cap. Sicut antiquitus, 17. quæst. 4. ibi: Aut personam hominis, vel bona ejus inde subtraxerit, & in cap. Quinquim, eadem caus. & quæst. ibi: Vel domus, que intra prædictos passus fuerit, aliquid inde diripiendi vel auferendo: & infra ibi: Aliqua inde abstulerit: nec non infra ibi: Deposita, vel alia qualibet exinde abstrahunt, damnum novies componant, & immunitatem tripliciter. Item sic abstrahentes sacre legis iudicantur, cap. Si forte, & c. Qui rapit, 17. q. 4. Committitur enim sacrilegium auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, live sacrum de non sacro, ut legitur in d. cap. Quinquim.

Verum etiam tales ut violatores immunitatis, & privilegii de jure communi, nisi emendent, sint excommunicandi, ut in d. cap. Sicut antiquitus, 17. quæst. 4. & notat gloss. in cap. Conquesti, in verb. Excommunicatos nuntietis, de sentent. excomm. & scripti plenius in cap. Cùm pro causa, à numer. 6. eod. tit. Tamen non videntur incidere in censuras Bullæ Gregorii XIV. quia hæc loquitur de extrahentibus personas, nec debet extendi ad eos, qui extrahunt res; tum quia appellatione personarum non veniunt res, ut insinuat de jure naturali, §. fin. & de rer. divis. in princ. Unde cum extrahentibus res non adparentur verba Constitutionis, consequenter nec ejus dispositio adaptari debet, l. 4. §. Toties ff. de damno infecto, cum similib. Tum quia Constitutio penaliter est, & exorbitans à jure communi; & ideo de casu ad eum non extendenda, etiam ex majoritate rationis: textus est notabilis in l. Sed sciendum, ff. Ad legem Pompeiam de Parricid. quem ad hoc ponderat Aretin. in cap. Cùm non ab homine, numer. 59. circa fin. de iudic. Facit gloss. in cap. Vbi, in ver. Eydem, de stat. & qualitat. Tum quia non viget tanta ratio in extrahentibus res, quanta in extrahentibus personas: imo qui personas violenter abstrahunt, plus delinquant, quia inferunt injuriam loco sacro, & personæ simul, cap. Miror, 17. quæst. 4. & ideo plus puniuntur, c. Non asseramus, 24. q. 1. cap. Quasi vir, de his, que sunt à majori parte Capituli, cap. ult. in fine, de excess. Prælat.

103 Cavetamen, quia si abstractio bonorum fieret auctoritative per ministros Curie, vel de mandato iudicis, seu Magistratus secularis, tam abstrahentes, quam mandantes, quamvis non incideret in penas Constitutionis Gregorianæ, que ut prædixi de personis, & non de rebus loquitur: tamen inciderent in excommunicationem Bullæ Cæne Domini, §. 17. latam in usurpatorem jurisdictionis ad Sedem Apostolicam, vel quascumque ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum pertinentis. Sive enim facultas dandi licentiam abstrahendi res à locis immunitibus spectet ad Sedem Apostolicam, live ad Episcopum, juxta text. in cap. Quinquim, 17. quæst. 4. ibi: Si quis domum Dei violaverit, & aliqua sine licentia illius, cum commissa esse dignoscitur (id est Prælati, secundum gloss. in figuratone casus) inde abstulerit, & c. utroque casu ecclesiasticam jurisdictionem usurpat: & ideo incidit in illud caput Bullæ Cæne Domini, Facit textus in d. cap.

cap. 1. supra eodem, & hic junge quæ dixi supra num. 97 cum duobus seqq.

104 Potro pro abstrahendis rebus à locis immunitibus licentia expodiri solent per litteras S. Congregationis Immunitatis Ordinario directas sub formula infra scripta, videlicet. Supponendo si per parte di N. de hauer utentio mandato esecutivo contro li beni, & mobili di N. qual mandato non puol fare eseguire per esser stati trasportati detri mobili nella Chiesa, & c. acciò sia rimossa il pregiudizio publico, conservata l'immunita Ecclesiastica potrà V. S. col mezzo de' Ministri Ecclesiastici far esare dalla sudetta Chiesa, o altro luogo immane le dette robbe, & quelle con inventario consegnate à Giudice competente, affische sopra di esse si possa eseguire quello sarà di giustizia, concedendo se le con la presente della Santità di Nostro Signore la facoltà in ciò necessaria.

DE IMMUNITATE ECCLESIA, CEMETER. & rerum ad eas pertin.

Cap. Ecclesia.

S Y M M A R I U M.

- 1 Ecclesia non consecrata, in qua divina celebrantur, gaudet immunitate, & n. 5.
- 2 Ecclesia appellatione venit etiam non consecrata.
- 3 Basilica proprie qua dicitur, & n. seqq.
- 4 Monachus appellatur post professionem.
- 5 Ecclesia non consecrata gaudet immunitate, etiam si divina officia ibi nondum fuerint celebrata, & n. 8. & 10.
- 6 Ecclesia non consecrata eodem privilegio gaudet qua consecrata.
- 7 Et cum fundata est spectat ad ordinationem Episcopi, & est locus devotus, & religiosus.
- 8 Statuta Prælati urbis salvat confugientes ad ipsam.
- 9 Consuetudo servens immunitati Ecclesia tanquam pia servanda est.
- 10 Ecclesia interdicta gaudet privilegio immunitatis.
- 11 Idem in Ecclesia polluta, n. 13.
- 12 Clericus suspensus interdictus, vel excommunicatus retinet privilegium fori, & canonis.
- 14 Ecclesia destructa gaudet immunitate, dummodo subsistat spes reedificationis, & auctoritate Episcopi destructa non fuerit.
- 15 Atrium, & porticus Ecclesia adherens immunitate gaudet.
- 16 Immunitas in majori Ecclesia ad 40. passus extenditur circumquaque 3 in minoribus vero Ecclesiis vel capellis ad 30.
- 17 Nisi Ecclesia minores, vel capelle sint in castella.
- 18 Ecclesia gaudet immunitate per circuitum quadraginta, vel triginta passuum, etiam si cæmeterium minori spatio perstringatur.
- 19 Nisi infra dictos passus alia domus laicorum interponatur, & n. 30.
- 20 Quid servetur de consuetudine.
- 21 Cæmeterium, & Ecclesia gaudet eodem privilegio, & uno violato censetur, & aliud violatum.
- 22 Immunitatem violat, qui stans extra cæmeterium Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal.

trahit illam, qui stat intrus per partem pallii qua manet exterius.

- 23 Oratoria, que in domibus privatorum sunt, gaudent immunitate, si auctoritate Episcopi sint constructa. Alias secus, n. 25.
- 24 Oratorium auctoritate Episcopi adificatum est publicum, & religiosum; nec potest ad humanos usus deputari.
- 25 Privatum verò hodie est oratorium, & eras potest esse camera.
- 26 Hospitales gaudent immunitate, si constructa sint auctoritate Episcopi.
- 27 Monasteria, & domus religiosa gaudent immunitate.
- 28 Palatium Episcopi immunitate gaudet, quamvis sit extra fines Ecclesie, vel ultra quadraginta passus, & in non nisi capella.
- 29 Et quid in palatio inferiori Prælati, n. 35. & 36.

31 Familia Episcopi gaudet privilegio fori, licet sit secularia.

32 Palatia Cardinalium an gaudent immunitate.

33 Et quid in Vrbe.

34 Franchitiæ in Vrbe prohibuit Iulius III. etiam quando omnes Principum, & sancta Romana Ecclesia Cardinalis.

35 Archimandrita Messanen. palatium etiam conditum non fixum, & habens Ecclesiam conjunctam in civitate Messanen. gaudet immunitate Ecclesiastica sante legitima consuetudine.

36 Familiares Archimandrite gaudent privilegio fori sante etiam consuetudine.

37 Archimandrita in civitate Messanen. degens potest Magistratus coercere censuras suam jurisdictionem turbantes.

1 ECCLESIE. Ecclesia non consecrata, in qua divina celebrantur, gaudet immunitate. Hoc dicit secundum Jo. Andr. Butr. Anchar. Abb. & Joan. de Anan. & sunt duæ partes. Prima ponit dictum; secunda rationem ibi Quia,

- 1 Nota primo ex principio text. Ecclesie appellatione venire Ecclesiam, licet nondum extiterit consecrata. Sed Abb. hic numer. 2. dicit hoc verum esse late sumpto vocabulo: nam strictè de proprie antequam consecratur, non appellatur Ecclesia, sed Basilica; post consecrationem verò assumit nomen Ecclesie. Ad quod vide bonum text. cum gloss. 1. in c. 1. ibi ad basilicam, que dedicanda est, supra de religios. domib. ubi Holt. numer. 1. post d. gloss. primam exponit verbum deducenda, id est, consecranda: nam tunc demum postquam est consecrata proprie appellatur Ecclesia, antequam verò Basilica est: sicut electus in consecratione sua assumit nomen Episcopi, ut c. fin. supra de translat. Episc. & Archiepiscopus in receptione Pallii, nomen Archiepiscopi pale, c. Nisi specialis, supra de usu pallii, & Monachus nomen Monachi cum professionem facit, quia tunc dedicatur Deo, c. Virginitas, & c. si quis sacro, 27. quæst. 1. & c. Constitutus, supra de convers. conjugat. & cum Holtien. concordant in d. c. 1. Joan. Andr. numer. 3. Butr. in 1. notab. & numer. 8. vers. sic dicit gloss. & Abb. numer. 1. in 3. notab. & idem Abb. supra in rubr. de consecrat. Eccles. vel altar. numer. 2. Jo. de Vitebi in repetit. c. Dissinuit, 17. quæst. 4. Seci in tract. de immunit. Eccles. inter tractatus communes to. 2. fol. 33 v. Verum etiam cum

his transeant communiter Doctores, tamen iure non videntur probari, quia sicut Ecclesia dicitur etiam ante consecrationem, ut hic patet, & in c. fin. supra de consecr. Ecclesie, vel altar. & c. Ecclesiam de consecr. dist. 1. ita & nomen Basilicæ indifferenter, & promiscue refertur ad quacunquē Ecclesias sive consecratas, sive non, ut c. Omnes Basilicæ 16. q. 7. cap. Perleth. §. Ad Primitivum, & §. Ad Theofaurum, 25. dist. 8. cap. Si quis per superbiā 30. dist. 8.

Unde verius patet Ecclesiam, & Basilicam esse synonyma, ut probatur in c. ult. supra de Eccles. edificand. ubi text. pro eod. accipit Ecclesiaturum erectionem, ac Basilicarum institutionem, & in c. Non oportet, 31. secundo ibi. in Ecclesia seu Basilica, 42. dist. 8. ubi Archid. numer. 1. (Basilica, inquit, dicitur Palatium Regis; inde dicitur Basilica quilibet Ecclesia, que est domus, & palatium summi Regis, & æterni) Sic ita Archid. accipit nomen Basilicæ pro quacunquē Ecclesia; non distinguitur an sit consecrata, nec ne, & sequitur ibi Bellam. in princ. & Turrecr. numer. 1. & gloss. in extravag. Antiquorum, in verb. Basilica de penit. & remiss. nec differunt Laurentius relatus ibi ab Archid. dum ait Basilicam dici à base, eo quod sit fundamentum omnium Ecclesiarum, vel dicitur Basilica sive regalis, quia ibi Regi regum ministratur secundum Archid. Alii vero dicunt Cathedralis Ecclesias tantum appellari Basilicas, quia huiusmodi Ecclesias consueverunt reges fundare, & dicere, & in hac opinione fuit Hugo, ut refertur Archid. & Turrecr. ubi supra. Hinc Patriarchales Ecclesie in Urbe appellantur Basilicæ, de quibus, & præcipue de Lateranensi, & Principis Apostolorum ambigunt non potest, quin fuerint consecratæ, cum illarum consecrationis officium in universa Ecclesia celebraretur, & de Basilica Principis Apostolorum sit mentio in d. extravag. Antiquorum, de penit. & remiss. ubi gloss. exponit verbum Basilicam, id est, ecclesiam: nam propriè est domus regia, vel palatium Regis, sed per translationem dicitur ecclesia, quia est palatium Summi Regis, idem patet ex constitutione prima Gregorii XI. quæ incipit *aper tu versus orbem ecclesiarum*; edita super preeminencia Ecclesie Lateranensis in Bullar. tom. 1. pag. 22. ubi: (Inter omnes urbis, & orbis ecclesias, ac Basilicas etiam super ecclesiam, seu Basilicam Principis Apostolorum de Urbe supremum locum tenere, &c.) & ex alia Constitutione 24. Pii V. incip. *Infirmi aevi conditio*; confirmatoria prædictæ Constitutionis Greg. XI. in Bullar. tom. 2. pag. 296. ubi pluries fit mentio Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; & de Basilica Lateranensi patet ex libro Pontificali Damiani Papæ in *libello de munificentia Constantini* tom. 1. conc. p. 1. pag. 214. col. 1. ubi sic legitur: (Hujus temporibus (scilicet Beati Sylvestri) fecit Constantinus Augullus Basilicas istas, quas & ornavit, Basilicam Constantinianam, &c.) & infra pag. 215. col. 1. (eodem tempore Constantinus Augullus fecit Basilicam Beato Petro Apostolo in Templo Apollinis.) Similiter Ecclesia sanctorum duodecim Apostolorum Urbis Basilica appellatur, ut in c. *Cum olim*, & primo infra de privilegiis. Idem quoque Cardinales Presbyteri scribuntur omnes cum titulo propter unum, qui inscribitur Basilicæ Duodecim Apostolorum Presbyter, ut ibi notat Hostien. numer. 3. in verb. Basilica & Joan. Andr. nu-

mer: 3. in eod. verb. Et patet ex Constitutione Sixti V. Religiosa §. 2. in Bullar. tom. 2. pag. 572. de antiqua acceptioe Basilicæ vide text. in l. Pediculus, §. Item cum quæretur, cum gloss. in verb. Basilica ff. de aur. & argenteis & in l. Inter stipulantem §. Sacra ff. de verb. oblig.

Secundo nota ex textu immunitatis privilegii competere etiam ecclesie non consecratæ, ut hic est casus secundum omnes, & notat Innoc. in cap. Inter alta in princ. in verb. Ad Ecclesiam, supra eodem, gloss. 1. in c. ultim. supra de consecration. Ecclesie, vel altar. Sanctus Raymundus in Summa eodem tit. Joan. de Friburgh. in Summ. Confess. ubi de immunit. Ecclesie in questione utrum Ecclesie. Goffred. in Summ. eod. tit. §. Hoc privilegium Guliel. de Monte Lauduno in Clem. 1. in gloss. 2. de penit. & remiss. Henrich Boich. in hoc c. numer. 30. &

6 nullus discrepat. Nam ecclesia non consecrata eodem privilegio gaudet, quo & consecrata, cap. fin. & ibi gloss. 1. supra de consecr. Ecclesie, vel altar. c. Ecclesiam de consecr. dist. 1. Hostien. hic post princ. in verb. Admitter, & cum fundata est spectat ad ordinationem Episcopi etiam antequam consecratur, & est locus devotus, & religioſus c. Præcepta, 11. q. 1. secundum Archid. in c. Novem, numer. 1. ead. caus. & quest. & Collect. hic numer. 1. vers. Videnote Archid.

Sed debetur nunquid ante consecrationem hoc privilegium habeat, si Divina officia ibi nondum fuerint celebrata, & quidem cum text. loquatur de Ecclesia non consecrata, in qua Divina mytheria celebrantur gloss. 1. arguit à contrario sensu; quod si adhuc ibi non sunt Divina officia celebrata, non gaudet privilegio Immunitatis, & rationem reddit, quia nondum plebæ dedicata videtur divinis obsequiis: & cum gloss. videtur consentire Abb. Antiqu. in princ. dum sic format casum Qui configit ad non consecratam Ecclesiam, descendit ab illa, dummodo ibi Divina officia fuerint celebrata, & hanc partem probasse videtur Clemens Papa IV. qui mandavit, ut effractor Cappelle Sancti Clementis Trecent. in qua jam celebrabantur Divina, et si nondum consecrata esset, demantarentur excommunicari, ac si consecrata fuisset, ut refert Hostien. hic ante nu. 1. vers. Dominus tamen Clemens, & in c. ult. numer. 7. supra de consecr. Ecclesie, vel altar.

Contrarium tamen determinat idem Hostien. hic in princ. quia sufficit, ut locus sit dedicatus Deo auctoritate Pontificis primarium lapidem imponentis, ut sequentia innunt ibi, (quia obsequiis Divinis dedicata nullius est temerariis ausibus profananda) arg. e. ad hac, supra de relig. domib. Neque obstant verba illa textus, in qua Divina mytheria celebrantur, quoniam exponi debent, id est celebrari possunt cum ad hoc apta sit, non enim tantum consideranda est celebratio Divinorum, quantum dedicatio Deo solemniter facta, ut in text. nec multum inspicienda est celebratio Divinorum, quod patet in privato oratorio, de quo in 3. ampliatione. Inducit etiam Hostien. quod dicam infra in 1. ampliatione de Palatio Episcopi, & de Ecclesia interdicta, in qua Divina officia non celebrantur, ut infra in 2. ampliatione. Item statuta Præfati urbis salvat, ut §. fin. in finit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. ergo fortius locus Deo dedicatus, ut hic, & in §. Nullus in finit. de veterum division. & multo fortius etiam sine aliqua comparatione

tione ipsam corpus Christi, & cum Hostien. per omnia concordat Joan. Andr. numer. 4. vers. in gloss. 1. Collectar. numer. 1. vers. Sufficit quod locus, Henrich Boich. numer. 3. in fin. vers. Et licet, Bernardus Butr. numer. 6. Cardin. in 1. quest. Anch. numer. 4. Abb. numer. 5. & Joan. de Anan. numer. 2. in fin. Genzelin Guliel. de Monte Laudun. & Joann. de Lignan. in Clem. 1. de penit. & remiss. Covar. lib. 2. var. resolut. quest. 20. numer. 4. dicens ita frequentiore interpretum consensu receptum esse, & Remig. in tractat. de immunit. Ecclesie fol. 15. ubi similiter ait communiter teneri: & sequitur Jul. Clar. in pract. crimin. §. fin. quest. 30. vers. Quorsu constructa. Et ab hac opinione non recedat, cum etiam servetur de consuetudin. ut post Vitalin. attestatur Remig. loco citato. Quæ consuetudo tanquam pia servanda est cap. Ad Apostolicam, de simon. cap. Super eo, de cognat. spiritual. & notat Innoc. & Hostien. in d. cap. Inter alta, in verb. Ad Ecclesiam. Pro qua etiam fundat stringit ratio dedicationis, in qua sola se fundat decilio hujus decretalis, ut bene hic per Abb. d. numer. 5. vers. Facit iudicio meo multum ratio litteræ, & Joan. de Vilsch. in tract. de immunit. Ecclesie numer. 46. Stat igitur regula, quod Ecclesia non consecrata gaudet privilegio immunitatis; & hæc regula ampliat primò, etiam adhuc non fuerint ibi celebrata Divina mytheria, ut ex dictis constat.

Ampliat secundò, etiam si Ecclesia sit interdicta, quia nihilominus retinet hoc privilegium ad instar clerici interdicti, suspensi, vel excommunicati, qui retinet privilegium immunitatis circa manuum injectionem, & circa forum cap. Dicitur, 81. dist. secundum Goffred. & Vincent. hic, & concordat Hostien. numer. 3. reddens rationem, quia Deus, in cuius honorem datur immunitas, in aliquo non deliquit, cap. Quævis, de his, qui sunt à major. part. cap. 8. & latis assignat ex eo, quod sibi debitum pensum subtrahitur, c. 1. de celebrat. Missar. nec est addenda assistentia assist. cap. Cum percussio, 7. quest. 1. Quod latius profertur idem Hostien. in summ. eod. tit. §. In quantum, vers. Sed nunquid hoc privilegium, & sequuntur hic Joann. Andr. numer. 2. Collectar. in princ. Butr. numer. 4. Cardin. numer. 5. Anchar. numer. 3. Joan. de Anan. eod. numer. Archid. in cap. Vxor. nu. 2. 17. quest. 4. Et ita sequuntur communiter Doctores, ut dicit Abb. hic numer. 8. & Joan. de Vilsch. de immunit. Ecclesie numer. 49. Summa Angelica, in verb. Immunitas, q. 27. & Julius Clar. d. §. fin. quest. 30. vers. Idem dicendum est.

Ampliat tertio, etiam si Ecclesia sit polluta, ut videtur sentire gloss. 1. & Abbon. 6. in cap. fin. supra de consecr. Ecclesie, vel Altar. & tenet Remig. in tract. de immunit. Ecclesie in 4. ampliat.

Ampliat quarto, etiam in Ecclesia destructa, dummodo tamen sine auctoritate Superioris destructa fuerit, & subit spes refectionis: secus verò si destructa esset Superioris auctoritate, & spes reedificationis non subsistet, quia tunc privilegio immunitatis non gauderet: & hæc est communis opinio, ut attestatur Remig. de immunit. Ecclesie, fol. 92. in 20. ampliat. & Clarus, d. quest. 30. vers. Manu est dubium: & pro hac distinctione vide quod scripsi post Innoc. in cap. Cum ex injuncto, in ult. notab. in fr. de nov. oper. nunciat.

Ampliat quinto, etiam in atrio Ecclesie seu porticibus Ecclesie adherentibus, ut est text. in c. Prosp. Fagnan. in 4. lib. Decretal.

Si quis contumax: ibi: De atrio Ecclesie, vel de porticibus quolibet modo Ecclesie adherentibus per vim abstraxerit, 17. q. 4. & not. Joan. Andr. in cap. Inter alta, numer. 30. supra eod. qui ex hoc inferat, ut poena insultantis ad domum habeat locum etiam in insultantibus ad porticum, de quo in Speculatu: de injuriis, vers. Pone in statuto, & sequitur Abb. hic n. 10. vers. Idem dic quod porticus, & Jo. de Vilsch. de immunit. Ecclesie n. 50.

Ampliat sexto, ut privilegium immunitatis non restringatur ad portas, aut parietes, vel atrium Ecclesie tantum, sed per quadraginta passus in majori Ecclesia, & per 30. in capellis, vel minoribus Ecclesiis extendatur circumquaque, ut est distinctum in cap. Sicut antiquitus, & in cap. Diffinitio, 17. quest. 4. & utrobique notant gloss. Archid. & omnes Hostien. in cap. Inter alta, numer. 2. & ibi etiam Jo. Andr. numer. 7. Abb. in ult. notab. Felin. n. 2. & Marian. Socin. numer. 10. supra eodem, Turrecr. mutata in cap. Cum de potissimum, numer. 4. & ibi etiam Præpositus n. 2. 12. q. 2.

Ceterum quod distinctum est de immunitate triginta passuum in Ecclesiis minoribus, non habet locum in Ecclesiis, seu capellis, quæ sunt infra ambitum castellorum. Tales enim non habent immunitatem, nisi quantum tangunt parietes Ecclesie, cap. Quinquaginta, & cap. Quævis, 17. quest. 4. Est ratio, quia propter loci angustiam hoc observari non potest, cum aliquando cæmeterium seu immunitas Ecclesie absorbeat totum Castellum, gloss. 1. in dicto cap. Sicut antiquitus, Abb. hic numer. 10. Joan. de Vilsch. de immunit. Ecclesie, numer. 57. in 2. notab.

Et quamvis Archidiaconus in d. 6. Si quis contumax, dicat prædictos passus designatos esse pro cæmeterio; idemque videtur sentire Abb. hic d. numer. 10. Dum quærit, an Ecclesia gaudet immunitate, quatenus cingitur muris, & non ultra, & respondet hanc immunitatem habere cum suo cæmeterio, & Ecclesiam majorem habere circumscriptum quadraginta passuum, & capellas, vel minores Ecclesias 30. Tamen verius videtur etiam si cæmeterium in spatio minori perstringatur circa aliquam Ecclesiam, nihilominus immunitatem Ecclesie extendi ad spatium prædictorum passuum, dummodo infra ipsos passus nulla alia domus extranea, id est, laicorum interponatur per text. in d. cap. Diffinitio, 17. q. 4. secundum Joan. de Vilsch. ubi supra n. 59. Nec obstat text. in cap. Quinquaginta, eadem caus. & quest. ibi. Vel domos, quæ intra præfatos passus fuerint: quoniam intelligitur de domibus clericorum, ut ibi notat gloss. in verb. Vel domos.

Non desunt tamen qui affirmant hanc immunitatem 40. vel 30. passuum ut non observari, ut Igneus in l. 1. in princ. numer. 58. ff. ad Syllaniam, quem refert Remig. de immunit. Ecclesie, fol. 52. in 6. ampliat. Clar. in §. fin. quest. 30. vers. Hinc est, ubi dicit non esse ab hac communi consuetudine recedendum, præterquam in domibus Ecclesie coherentibus. Sed certè Sacra Congregatio Immunitatis indiffinè servari jubet immunitatem per circuitum dictorum passuum, saltem in Cæterialibus, & Collegiatis Ecclesiis: & si qua extaret consuetudo contraria, de illius iuribus posset merito dubitari per ea, quæ scripsi in cap. Inter alta, n. 94. supra eod.

Ampliat septimo, in cæmeterio: nam ecclesia & cæmeterio K k 3 & cæ